Cõcludo igitur ex premissis in dicto puncto satis dif ficili ad dictum legatũ inuitari solum dictum manentem excluso prorsus dicto marabotino insolidũ illiusque in cu ius persona nullo iure legatum cõsistere potuit ponendo pro constanti ꝙ dicta bona hereditatis erant z hoc cre do iuris esse si in testamento clausula codicillaris non est apposita si non valet z c cum adiectione illorum verboꝝ omni modo quo valere potest si autem apposita esset di ctum testamentũ non valet in persona marabotino quo ad legatũ sed an illa verba omni modo quo valere potest indicat repetitionem dicti legati non dico a venientibus ab intestato sed ab ipso manente quasi ipse manete sit ro gatus sit restituere dimidiam dicto marabotino cui dicta dimidia inutiliter est legata põt sub iudice diu legari hãc enim questionem nõ memini tactam fore de vltimo quis debebat soluere legatũ trecentoꝝ: non est dubium ꝙ he res ad quem spectat onus legatorũ z debitum heredita rium vniuersum nõ autem ad legatarium ut l quotiens cum alijs iuribus vulgaribus z hoc si hospitale vult sibi solui in pecunijs sed si eligat sibi solui sup bonis illis pri mo habebit hospitale in illis bonis.ccc residuũ erit ma nenti habere dȝ tamen marabotinus suam legitimaȝ iure nature nisi ad ea per aliud canonicum excludatur. Hec autem vera sunt si marabotinus hereditatem agnouit si enim repudiasset z legatoꝝ a venientibus ab intestato re petito facta esset tũc possent omnia legata ei facta cõiu niter z indistincte valere. vnde non est questio de illis. Et ita dico z consulo ego Ang. cccxxxiiij.

His attestationem testiũ ꝑdictorum z viso iuramento prestito per Jo vnũ ex dictis testibus presente herico ꝑcuratore di cti litigantis

cti litigantis aduersarij dicti bartholamei contra eius personam idem procurator nihil opposuit neq protestatus fuit aliquas exceptiões sibi saluas fore z ɔ psonā dci Jo testis. Uiso ei q publicato z apto processu z publicatis z aptis attestationib⁹ testiū ɔ ipsos testes nihil oppositū in uemo uel obiectum contra personas testiū predictorum z ita hoc posito pro constanti qd contra personas testiū predictor nihil obiectum appareat apud acta prout mihi affirmatum extitit z assertum per dem̄ bar. Uidendū est que sint partes iudicis de causa cognoscentis sup quo considero quod contra personā dci Jo. duo obici possūt Primo quia dictus Jo. attestat se socium pducentis pro vno capite ascendente ad sūmam. MDcccc. librar denariorū z usq ad illam z pro illa non est testis idoneus sine dubio ff de testi. l. nullus. C. de testi l. oībus in re propria pro residuo autē testificari potest q dicti residui nullum cōmodum aut incōmodum reportaturus est fm Jnno de testi quoniam z idem tenet Spec in ti de teste. § i. uer. sed nunquid socius admittat z idem tenet Jo. an in additioni ibi si recte intelligat nam cum capita societatis hic ponantur distincta z unūquodq contineat certam sūmam quicquid inter illā sūmam est cōe non est sed vniuscuiusq proprium est unum caput z illius solius cōmodū est z incōmodum ergo non cōe. Secundo ob eūdē testi. quod fuit fideiussor pro toto tpe societatis ut in eius testimonio euidenter apparet. vnde ad eum pp fideiussionis cām onus z sarcina cuiuslibet detrimēti z damni emergentis in corpore societatis esse pticipes z similiter hoc casu videtur esse causa propria quia lz non sit cōmodum subsecutum tñ damnum potest subire z hoc videt sufficere ut. ff quādo app. sit. l. ij in fi. vnde ratione qua supra non est testis sufficiens nec idoneus. z si nō aliud dānū pōt subire pōt subire damnū z incōmodū vexatōis expensarum z sumptuum quos constat multotiens esse graues ut ff de mino. l. minoribus. xxv annis de lib. le. l. si quis ō cedens §. nūc de effectu z hoc tenuit Jo an. in addi. suis in d. § i uer. quid de fideiussore. Contrarium tamen tenuit Spec. in d. uer. ubi reus principalis soluendo est. nam tunc nullum potest subire in effectu damnū fideiussor. ff. de fur. l itaq fullo. Opi. Jo puto ueram quando potest probabiliter dubitari de incōmodo z detrimento vexatōnis sufficit enim hoc contingere posse ut ff de condi. ide. l. sufficit. Sed si indicia constaret oppositum per notabiles z uerisimiles conjecturas quod nec etiam fideiussor uerisimiliter nullum detrimentum vexationis subire pōt puta quia debitor est capesor ul' mercator fidelissimus ad cuius fidem plurimū solet recurri z forsitan quantitas est parua mercator diues qui non permitteret fideiussores vexari ut dicit glo. in simili ff. de solu. l. ii in glo. ma uer. naz z si rem suam z cetera ibi in leniorem cām z c. z doc ex ponsit ut quia sit debitor homo nobilis qui timens ne sui fideiussores grauentur elegit potius soluere debitum non ūsurarium pro quo sunt astricti fideiussores quā debitum usurarium pro quo ipse solus astrictus est non autem fideiussor aliqui sui optime concordat C. de pig. actio. l. pignus in bonis z de admi tu. ff l. si res pupillaris ubi est tex. z facit. ff. cōmodati l. argentum in prin eo ti l cū qui §. fi. cum. l. seq Ex quo enim fideiussor tam plene securus est modo predicto uel eciā quia debitor pecuniam deposuit pro qua fideiussor extitit ut sic fideiussor timere nō possit verisimiliter aliquam vexatione uel quia forsan debitor non mercator fecit dictum fideiussore ita cautum z securum per cautione indemnitatis cum alijs fideiussorib⁹ omnibus approbate opinionis z fame z quos verisimile est filr non permissuros dcm̄ fideiussorem vllaten⁹ molestari quis diceret hunc fideiussorem a testimonio repellendum pp suspitione futuri periculi cum nullū sit nec verisimiliter ee debeat nullus certe sanicapitis hoc diceret z eēt timor vanus non cōsiderandus C. de trāf ' nterpositas ff. qd me cā. l. metum aūt non vanū hoīs ff de re iur l vani z. ff de re iudi. l. si quis ab alio. An ergo talis suspicio cōsideranda sit t. ee ne cum facti sit z a facto depēdeat z fz accidentia z cōditiones personarū z cause quātitatē z qlitate varietur nulla dari pōt certa doctrina vnde hoc totū iudicantis arbitrio remittendum est ff de testi. l. iii. § idez diuus z §. eiusdem quoq principis cum similib⁹. Et ideo hoc casu cuz cessare dz verisimiliter dicta suspitio futuri periculi dico z teneo Spe. dictum z hoc modo ipsorum opinio. reduco in consonantiā luculentam Uerum q in proposita questione tempore dicti iuramenti z attestationis dicti Jo non inuenio protestatū q salue sint exceptiones contra eius personaz sine dubio dictus Jo apparet esse idoneus testis z omni exceptione maior. C. de testi. c. presentium lib v. z ibi per Jo an. in nouella circa finē.

Solum igitur restat videre an dictus Jo. prebet z dicit q probat sine dubio societatem cōtractam p quattuor capitibus millequingentarum librarum pro quolibet capite quoniam sic attestatur z dicit z interrogatus de causa scientie dicit q vidit z presens fuit deponit etiam de loco z tempore concludentibus ante emptionem dictaz gabellarum ut patet ex eius testimonio cōnnexo instrumēto emptionis dictarum gabellarum in quo etiam apparet de precio q similiter est infra summam ō qua idē Micho. z Bertho. fuerunt cōcordes tempore societatis pdicte que quidem societas cōtrahitur nudo consensu z etiam nutu z per epistolam nedum per iam verba specificare p ut deposuit ipse testis ut. l. iiij ff. pro so. Similiter pbat dictam societatem belāmus sensus testis in ordine sed non deponit de tempore sigillatum q est de substantia in casu proposito sed q de tempore aliquo deponit ambigu⁹ est eius sermo de quo tempore intellexit repetere poterat ex mero officio iudex dictum teste ut tempus de quo intellexit determinaret ut no glo. in corpo de testi § q vero z non est alibi. Canoniste habet de testi. cōm Spec. z Jo. an. post eum in. d §. ver. Item q testis obscure z lz sit cōclusum in causa adhuc potest iudex ex officio mero ut veritas inquiratur ad quā summo studio debet conari ut. l. illicitas. §. veritas de offi presi. de questioni. l. i § fi. in cor. iusiurā q presta ab his. C. de iudi. l. iudices z eod ti. l. placuit cum simi. z q nō ob. conclusio in causa probatur in. c. consuluit de offi dele ga. z ibi per Jnno. z Jo. an. z est ratio q iudici in causa nunq concludit sed semper eius officium vniformiter viget vsq ad sententiam inclusiue post non quoniam inuenit se fūctam z per fūctum suo officio. ff. de re iudi. l iudex postea. Si igitur iudex eū reducere noluerit q potest imo si bonus est cōsiderando iusticiam z equitatem facere tenetur ut l. vbicunq ff. de interroga. actio. z maxime in hac causa eidem cōmissa ut sola veritate inspecta causam debeat terminare cuius cōmissionis formam vidi scripto cōsilio ppter quam formaz dicti tempore ad causaz inuestigandam teneret obmissio iuris rigore quem illustris dominus Marchio voluit cōsiderari z si tempore erit cōsors cum dicto Jo nullo ulteri⁹ exquisito iudex de causa cognoscens cōtra reum cōuentum pro agente sententiam ferre debet. Si autem dictus iudex dictum testem reducere noluerit tūc q intentio agentis non est probata nisi per dictum Jo plenarie p dictuz testem fm in ordine vehementissime adminiculantem z p alios testes adminiculantes in articulo solicitationes deferendū est agenti iuramentum in defectū probationis saluo nisi causa esset tam grauis z tā ardua uel persona agentis ita suspecta q per vtrunq uel alterum pdictorum iuste sedere debeat in animo iusti iudicis dnegare sacramētum pdictum. C. de re credi l. in bonefidei cōtractu glo. magna z si actor iurauerit pro eo iudex sententiam ferat. Si aūt iurare recusauerit reuz absoluat a petitione z actorem in expensis condenet z ita dico fore esse debere partes iudicis de dicta causa cognoscentis. Et ita dico z cōsulo ego Angelus z c.

Rimus Pūctus an ualeat cō promissū pdictūm quo apposita sunt illa vba q arbiter assumptus non possit iudicare sine expresso consilio z secundum cōscientiam dicti fratris Pauli de ordine mendicāntium satis est dubius ppter varietatem opi. glo enim in. l. illa institutio de here. insti. arguēdo tenere videtur q sic. Nec etiam sunt opi hugolini in suis dissolutionibus quam tenebat Ray in d. l. illa institutio. hanc eādem opinionem tenuit Hosti in iudice delegato sub forma ut solum ferat put tertio placuerit vel secūdum cōsilium alicuius periti quoniam ipse delegans sic formare per se potest sententiam put placet de consti. cuz omnes. § fi. z c. cum accessissent z c. cum in. ferrarien. ō sepul. in nostra ita aliu potest eam formādam cōmittere ō offi. deleg. pastoralis § preterea in fi. z ideo delegātes cuz timent ne delegati errent in ferendis sententijs prouidere

eisdem delegatis modo predicto de consti. ⁊ assi.c.i de
offi dele si pro debilitate ⁊ ibi per Inno. ⁊ Jo an. ⁊ ob
hoc inuentum fuit officium assessor ut per eorum peritiã
succurrerent habentibus ordinaria uel delegatam iurisdi
none legum ignaris ut p3 in toto titulo de offi as. C. ⁊ ff.
quod quilibet iur l hoc edicto ⁊ no.in.l.i C de sen experi.
reci Pro hac parte facit q2 ⁊ imperiti debent eor con-
scientiam iuxta periti consilium informare de sen excõ c.
inquisitionis nec est turpe quod imperitus querat ⁊ seqt
cõsilium periti C.de inge manu.l si omnia de offi.deleg.
prudentiam quinymo imputatur ei qui non est ad plenum
edoctus si doctores non cõsulit ⁊ eor consiliũ non seq-
tur.ff de bo pol l.in bonorum facit de rescriptis.c.statutũ
§ assessorem li.vi credendum est enim peritis in arte.C.
de re mili l semel.li.x.in cor de non alt.§ quod auce.ff.si
mes fal mo di.circa prin.C.de fide instru l cõparitiones
Si igitur seque consilium peritorum nedum honestum s3
necessarium reputat cur non teneat compromissum cum
modificatione predicta non videt consonũ ratio ⁊ maxi
me cum religiosi conscientia exquirenda est solent enim
religiosi deo dedn esse principes cõscientie puritatis ma
xime in imitantibus regulam beati confessoris qui voles
dei vestigia imitari seipsũ exinaniuit ⁊ sue regule instituta
omnia in altissima paupertate fundauit ut in cle.exiui de
paradiso de uer.sig ⁊ in extrava.exije qui seminat quã pu
ritatem conscientie nedum iudices seque tenent ut in cor.
ut iudi sine quoq3 suffrag. ⁊ in cor iusiuran.quod prestã.
ab his imo etiã arbiter cum arbitratia sit ad instar iudicio
rum redacta ut l.i.ff.de arbi. ⁊ male iudicantes ita faciũt
litem suam ut iudices ut.C.de pac.l.si quis incõscribedo
ad fi. ⁊ multum est fauendum cõpromittentibus in hac p
te qui obmisso iuris rigore sub quo multotiens vehemen
ter erratur ut.ff.de uer.ob.l.si seruum stichum.§ sequitur
uer.excellus adolescens scribit per hanc enim puritatem
conscientie animarum saluti succurrit. Circa quarum sa-
lutem nedum sũmi pontifices romanor cesarea sũmo stu
dio intenderunt ut p3 in titulo de mona circa pri. ⁊ in plu
ribus.§ illius ci ⁊ in ti de san.epi. ⁊ in cor.seniceas nõ so
lum ⁊c. ⁊ in eod ti.iusiuran.quod presta ab his. Pro
hac parte adduco dem Jo an.in additionibus spec.in ti.
de arbitro.§.sequitur uer.quid si dicat ubi expresse dicit
qd consuetudo approbat talia cõpromissa valere q nõ p
nunciet per arbitrũ prout certus vel incertus iure peritus
consulet. Hec etiã sunt opi guil.de suza.in.l.item si unus
§.põp.ff.de arbi. Pro hoc facit potissime quia dictũ cõ
promissum non fuit factum in dictum dñm Cyprianũ e'e
cium simpliciter ut arbitrũ imo etiam ⁊ ut arbitratorem
⁊ bonum virũ quod quide cõpromissum vim trãsactionis
obtinet pro eo qd per ipsũ laudabit in corpore ut dis.iudi.
§.si vero contingerit. Constat aute transactiones ⁊ pacta re
gulari ⁊ modificari posse ad arbitriũ tertij C de cõtrahẽ.
emp.l.si de uer.ob l.cũ stipulatus sim mihi a pendo ff.lo
cati.l.si merces in principio insti loca.§ si merces. Pro hoc
facit q2 arbitrator post ergato rigore viã veritatis ⁊ equi-
tatis assumendo gloria ⁊ honore dignus est ut l.si socie-
tate §.arbitror ff.p so nõ aũt iudicare quis magis eque
põt preterq3 puram conscientiã imitando contra quã ois
edificans in gehẽnã edificat.xxviij q c § ex his cuius con
scientie solus deus est pscrutator ⁊ qua cõscientia declara-
ta nemo referre põt qdem sm Jo.an.in.d.c statutũ §.in
super in uer.relinquã l3 prouerbior.xxviij c.scriptum sit
quod quomodo in aqua resplendent vultum respicientiũ3
sic ⁊ corda hominum manifesta sunt prudentibus. In cõ
trarium quod non teneat compromissum quo assumptus
in arbitrum scdm alienum consilium cogitur iudicare pro
batur l.ratione ⁊ auctoritatibus l.probatur in d.l. Item
si unus.§ pomp uer. ⁊ puto ubi expresse littera dicit tale
arbitrium non tenere. Per rationes probat quia natura
arbitrij hoc est quod libera arbitri sit facultas quã senten
tiam ferre uelit ut patet in dicto uer.hec autem nulla l3 li
beram facultatem imo est hic totũ oppositũ cum ad certaz
ferendã sententiã partes eum astringere voluerint hinc d
scendit qd ad pretore non ptinet arbitrũ cõpellere qualez
sententia n ipse ferat sed ut ferat Hinc etiã descendit q
sm arbitrũ cõpromitti nõ põe ut arbiter certã ferat sente-
tiam imo tunc cõpromissum est nullum nec sententiã fer
re cogendus est ex quo nullum habet arbitrium aut facul
tatem pnunciandi hoc uel illud tex est.ff de arbi.l qualẽ.

Probat ratione fortissima q2 si dicimus arbitrium tene
re ergo dicimus eum necessario cõpelli iudicare ergo cõ
pellendus erit ferre illam sententiam quã tertius declarauerit
⁊ secũdum ipsius tertij cõscientiam quã contingere po
terit esse directo oppositam ⁊ cõtrariam cõscientie arbi-
tri que forsan erit melior ⁊ iustior ⁊ sic compelleret ar-
biter delinquere contra suam cõscientiam iudicando talis
ergo adiectio directo bonis moribus cõtradicit si quis re
cte consideret ⁊ per hoc apparet respõsum ad rationes p
dictas in conscientie puritate fundatas. Pro hoc q2 ta-
lis pactio est directe contra substantiam cõpromissi ut pa
tet ex predictis non potest dictum cõpromissum in aliam
speciem cõtractus transire vnde dicta adiectio cõpromis-
sum viciat aut non viciatur ex quo est contra substãtiã3 ut
est dictum.ff.de vsu. ⁊ ha.l.per seruum.§ i cõiuncta glo.
in ver. ⁊ no hoc mirabile vbi tenet secũdum opi Jo q si
quis religionem ingreditur cũ pacto reseruationis bono-
rum eodem contextu facto q viciatur ingressus eo q de
substantia regule pfitentium est carere proprio. vnde hec
carentia potentissima pars principalis fundamẽte regule
est Et ideo cum cõtineat talis ingressus repugnãtiã3 cir-
ca id in quo principale fundamentum regule consistit vicia
tur ingressus ⁊ hanc opi tenent Cano.de statu mona c.
ij in glo. ⁊ ibi per Jo.an.de cõdi appo.c.viij. ⁊ extra qui
cleri vel vouen c.fi. Huic tamen decisioni q reserua
tio viciet non aũt ingressus eodem modo hic viciet pa-
ctum appositũ q iudicetur secũdum cõscientiam tertij cõ
promissum aũt teneat sicut pactum nõ fuisset appositũ3 ⁊
sic teneat sine pacto tenuit expresse Jo.an.de ingressu in
c.insinuante qui cleri uel uouen. Idem tenuerũt Vinc.
Gof. ⁊ Host ibi idem Cy. C.de sacrosan.eccle auten.
ingressi ibi etiam glo.eadem sentire videt q vicietur pactũ
⁊ nõ ingressus ⁊ eadem ratione sic videt pactum cõpro
missum autem ut dictũ est teneat simpliciter sine pacto p
hoc facit.ff de peti here.l.si eta quis heres in viti cat. vbi
voluntas testatoris testamẽtum nõ impedit l3 quo ad ali-
quid valuerit decedere intestatus valet igit testamentũ3
⁊ reseruatio viciatur pro hoc q2 pacta ⁊ compromissum
sunt seperabilia cum stare possit compromissum sine pa-
cto. vnde vnum non debet alterum viciare ut in.c.vtile p
inutile de regu.iur.li.vi. ⁊ ibi per Dy. ⁊ est via brocardi
ca ⁊ per cõsequens nõ insisto in ea q2 non oportet illam
decidi cum quantum attinet ad propositũ questio inte-
niatur decisa.s.quod per obmissiones predicti pacti cõtra
ctus sint nullus ⁊ vbicunq3 cõtrahitur ⁊ per contractum
non obligatur quis deo sed solum homini cõtrahẽdi pa-
ctum appositum cõtra contractus substãtiam viciat illum
si transire nõ potest in aliam contractus speciem sicut est
in proposito.ff de precario.l.cum precario secus aute vbi
talis transitus est possibilis q2 tunc transfertur in aliã con
tractus speciem cui magis adaptatur transitus ut.ff d do
na cau mor l ubi donatur ⁊ ibi per Bar cum ergo sub-
stantiale sit in compromisso a quo tota potestas arbitri or
dinatur ⁊ fundatur q arbiter habeat liberas in pronun-
ciando habenas si cõtrarium actũ est inter partes cõpro-
missum est nullum velut in substãtialibus suis peccans ⁊
istam partem expresse tenuit Bar.in. l i.§ si plures.ff de
exerci in.vi q. ⁊ hec est ueritas cum oporteat sm formã
compromissi arbitrum omnino seque conscientiam tertij
equam uel iniquam ex quo post dictam cõscientiam pate
factam mala querelandi relinquitur occasio ut dictum est
⁊ facit ff.de do.prela.l.theopompus. Moueor autem
in themate nostro q2 recursum fuit ad cõscientiam illius
qui est de ordine mendicantium que nec arbiter nec arbi-
trator esse potest nec executioni absq3 superioris licentia
de testa si religiosus li.vi.nec vllum principium hab3 aut
habere potest circa temporalia etiam secũ habenna pieta
tem amictam ut d c si religiosus ⁊ in clemen exi.de pa
ra.§ supflinitas autem sibi vel quecunq3 curiositas in his
seu alijs quecunq3 non possit eorum professioni vel statui
cõuenire. vnde dicit Bar in.d.§ si plures quod sicut exe
cutor esse nõ potest ita nec executoris consultor ⁊ d hoc
multum dolent fratres minores q saltem cõsultores exe-
cutorum testamentor esse non potest Cũ igitur et cõsul-
tor aut sue cõscientie declarator ee non possit ⁊ cõscientiaz
ptes declarare voluerũt omnino appare compromissum
nullum ex quo alter eorum qui declarare habent non est
capax ff.de arbi l sed si in seruum in prin. Nunc respõ
deo ad

deo ad quedam obiecta incontrarium ⁊ primo glo. in l. ii la institutio quia non dicit uerum. Item non decidendo sed arguendo dicit item non obstat de re iudi. l. si conuene rit. quia in iudice loquitur qui non tantum habet largas habe nas in iudicando quantum habet arbiter cuius sententie si ne eque siue inique pareri debet. Item non ob. quod di ctus cipriani fuit etiam arbitrator ⁊ in arbitratore iura pro hac parte allegata non loquuntur nec aliquis ex auctoribus supradictis quia licet non loquatur in arbitratore tamen eadem ratio que est in arbitro. Unde idem ius ex quo diuersitatis ratio reddi non potest ad l. aequi. l. illud. ff. de serui. l. i. §. hoc interdictum. sed de substantia arbitramenti est ut arbi trator qui largiores habenas quam arbiter qui iudicare potest eque ⁊ inique dummodo iniquitas non sit immoderata ut l. si societatem §. arbitratorum pro so. de iureiuran. c. quin tauallis de oper li. l. si libertus. Arbiter autem qui locum iudicis tenet iudicare non debet nec potest inique. immo facit li tem suam ut dixi licet iudicando inique partes merito pene siue parere debet ut d. §. stari. Si igitur uiciatur compromissum in arbitrum qui non habet in pronunciando tam largas habenas quanto fortius uiciatur compromissum factum in arbitratorem certe nullus dubitare debet. Non ob. quod ipsum compromissum est transactio pro eo quod arbitrator laudabit. Concedo enim hoc sed non hoc sequitur uel in fertur quod arbitrator possit assumi uel secundum conscien tiam alienam omnino iudicare compellatur. Non obst. opi. host. ⁊ sequacium quia in iudice loquitur non in ar bitro uel arbitratore cuius potestas est tantum ampla cum solum sententiam ferre debeat legibus consonantem. C. de iudi. l. iudices. unde non mirum si astringi potest iudex ut se cundum consilium assessoris sententiam formet. ff. de re iudi. l. si conuenerit. Non ob. quod minus docti doctorum debent sequi consilia alias sunt in culpa propter duo. pri mo quia dominus ciprianus est notorie tante intelligentie quod equum ab iniquo discernit ⁊ bonam conscientiam a praua intelligit ⁊ perfecte. unde propter hoc solum non puto eum habere necesse aliam conscientiam perscrutari ⁊ licet in discer nendo bonam a praua non tantam haberet noticiam quan tam haberet dictus consultor electus non tamen assumi potuit ut precise illam sequatur sicut in thematе uoluerunt enim partes quod nisi sequeretur illam laudum esset nullum ⁊ compromissum haberet pro non facto que promittendi for ma iure ciuili est penitus interdicta ut superius est dictum. Contraria uero loquuntur in illis qui uolunt se sub pretex tu ⁊ colore ignorantie uel imprudentie excusari qui non possunt si habuerant potestatem consulendi peritiores aut se asseruerunt edoctos ut d. l. hoc edicto ut. ff. loca. l. mar cius ⁊ ita non excusaretur arbiter iudex uel arbitrator si di ceret se omnia bona fide gessisse ⁊ secundum peritiam suam si re dargueretur quod male ⁊ perperam iudicasset. unde hic est casus diuersus non aduersus aut oppositus uel contrarius. Concludendum est igitur ex premissis tale compromissum de quo supra dictum est nullius fore momenti. Si tamen con suetudo florentie esset admittere talia compromissa forsan consuetudini standum esset hoc casu cum ad religiosi con scientiam est recursum. Si autem religiosus non est sine du bio obtineret consuetudo ut. l. i. ⁊ ii. C. que sit lon. conste. In religioso asserimus non loquor quia ius ciuile eum non potest reddere capacem eorum que incapax est secundum ca nones quibus laicorum constitutio uel consuetudo con traria non tenet ⁊ non est consuetudo sed iudicatur abusus. Et ita dico ⁊ consulo ego angelus ⁊c. cccxliii.

Nulla mulier possit ab intestato suc cedere filio uel filiabus suis de functis existente ex defuncta persona aliquo suo nepote uel pronepote naturali ⁊ legiti mo uel patre auo paterno uel patruo uel fra tre uel sorore aut nepote ex fratre carnali possit tamen de bonis talis defuncti habere ex percipere alimenta si non haberet alias unde se comode substentaret si tamen talis persona decesserit non existente aliquo ex predictis pos sit dicta mulier succedere abintestato suo filio ⁊ filie in quar ta parte bonorum preterquam in domibus ⁊ cassamentis dum modo ipsa quarta pars non excedat quantitatem quinge tarum librarum ⁊ quod dictum est de matre. s. quod non succedat nisi secundum modum predictum habeat locum in auia ⁊ etiam a meccli. indictione. iiii. die. xii. ianuarii citra ⁊ in fu turum locum habeat in omnibus ⁊ singulis attinentibus ⁊ coniunctis cuilibet tam masculo quam femine descendenti per lineam maternam seu a latere matris sue salua gradus prerogatiua tam inter eos quam inter eos ⁊ agnatos seu de stirpe ex linea masculina talis descendentis ⁊ quod dictum est de auia quod non succedat nisi secundum dictum modum non trahatur ad prete rita sed tantum ad futura ⁊ nulla mulier uel eius filii uel filie succedere possint alicui fratri dicte mulieris ab inte stato si ex dicto eius fratre existant filius uel filii. filia uel filie nepos uel nepotes ⁊ eis frater aut fratres filius aut filii masculus aut masculi ⁊ dicto fratre uel fratribus qui fratres uel filii siue nepotes sint ex legitimo matrimonio nati saluo quod si talis mulier exclusa a successione predicta uidua remaneret possit redire ⁊ stare in domo talis fra tris donec esset uidua absque filiis ⁊ nulla mulier possit ab intestato succedere patri auo uel pro auo suo paterno nec etiam natis ex linea feminina possit alicui ex predictis ab intestato succedere existente aliquo filio masculo nato ex defuncta persona de cuius hereditate agitur uel aliquibus nepotibus uel pronepotibus ex filio uel filiis masculis na tis ex linea masculina uel aliis descendentibus masculis ex dicta linea uel fratre carnali possint tamen ⁊ debeant tales mulieres si non fuerint dotate conuenienter dotari de bonis dictorum patris aui uel pro aui seu eius de cuius suc cessione tractatur secundum conditionem ⁊ facultatem pa tris aui uel pro aui uel aliorum descendentium ⁊ interim donec nuptui traderetur debet habere alimenta de bonis patris aui uel pro aui de cuius successione ageretur si ex defun cta persona filius uel filii descendentes per lineam mascu linam existant. Si uero ipse filius uel filii seu descendentes non existant ⁊ superest frater uel fratres filius uel filii ex fratre uel fratribus carnalibus defuncte persone tunc ipsa mulier habeat usumfructum omnium bonorum talis sui patris aui uel pro aui defuncti. Si tamen tales mulieres in ueniantur fuisse dotate conuenienter a patre auo uel pro auo nihil de illis bonis de cuius hereditate ageretur ab inte stato occasione dotium suarum uel quacunque alia de causa pos sint percipere uel habere saluo quod si postquam nupta fuerit ⁊ dotata uidua remanserit possit redire ⁊ stare in domo pa tris aui uel pro aui uel eius de cuius bonis ⁊ hereditate tunc ageretur si filius uel filii uel descendentes masculi non extarent ⁊ superesset frater seu fratres uel filius seu filii ex fratre uel fratribus carnalibus defuncte persone in eo casu ipsa mulier donec uidua steterit debeat habere usum fructum omnium bonorum sui patris aui uel pro aui mor tui fratres uero uterini uel alii nati ex linea masculina non possint succedere alicui uel aliquibus eorum fratribus ute rinis defunctis existentibus ex latere patris aliquo uel ali quibus coniunctis ex latere patris saltem usque in quartum gradum inclusiue. Et quod ipsi coniunctus uel coniuncti succe dant ⁊ potior seu potiores sint in tali successione quam ma ter uel fratres uterini uel alii nati ex linea feminina ⁊ quod possint ipsi coniunctus uel coniuncti ipsam hereditatem ⁊ bo na hereditaria apprehendere habere ⁊ tenere ⁊ exigere non obstante matre uel fratribus uterinis uel aliis natis ex dicta linea feminina ⁊ quod quilibet mulier in eius descen dentes possint ab intestato succedere matri sue premortue si eidem matri non existerent heres uel heredes filius uel fi lii masculus uel masculi uel alius uel alii masculi descen dentes ex eo uel eis. Si uero testatus decesserit is de cuius hereditate ⁊ bonis ageretur uel relicto filio mascu lo legitimo ⁊ naturali uel eo descendente seu descendenti bus masculis ⁊ aliquid reliquerit quoquo modo relicti ti tulo alicui mulieri que iure romanorum possit ei succedere sit ⁊ esse debeat contenta ipsa mulier ⁊ eius heredes de scendentes illo relicto ⁊ plus nullo modo aliquis eorum pe tere possit ⁊ quod dominus potestas ⁊ capitaneus dicte ciui tatis uel aliquis eorum iudex talibus mulieribus uel eorum descendentibus uel alicui eorum ius non debeat reddere ne que eorum petitione audire sed coniunctos in eo omnino absol uere uel absoluti sint ipso iure. Et si quod uerbum esset in hoc statuto obscurum intelligatur secundum intellectum communem ⁊ quod supradictum est de filiis filiabus nepotibus uel pro nepotibus uel descendentibus intelligatur de legitimis ⁊ na turalibus ex legitimo matrimonio natis.

Martinus Io. de florentia deces sit ab intestato superstite ⁊ relicta Io. infante eius filia legitima ⁊ naturali ⁊ superstite domina uere ma

tre dicti infantis ⁊ vxore cōdam dicti martini. Postea dicta mater post mortem dicti martini, suscepit tutellam dicte infant ⁊ addita fuit ⁊ apprehensa pro dicta infan te hereditas dicti condam Martini postea Jo in infan tili etate decessit superstite dicta matre sua ⁊ remanete do mina sandra amita dicte infantis. Modo querit visa for ma iuris statutoꝝ ⁊ ordinamentoꝝ cōis florētie quis suc cedat dce infanti dicta mater an dicta amita dicit pro par te dicte matris ꝙ ipsa succedit ⁊ succedere dꝫ in totum di cte sue filie infanti repulsa penitus ⁊ dño dicta amita a suc cessione predicta. Pro parte uero dicte amite dicit quod dicta mater succedit solūmodo in quarta nō excedente sū mam. cccc librarū quid iuris sit de predictis ⁊ quolibet predictoꝝ. In qua questione puto dicendū ꝫm sanam in tellectū dicti statuti amitam non facere partem matri sed matrem ei absolute preferri non obstante generalitate ver boꝝ dicti statuti quia lꝫ nobis offendere uerba legis in ō seruiamus menti. C. de legi. l. non dubiūꝫ de excu. tu l. sci re oꝫ. § aliud de condi. ⁊ demon. l. pater seuerinā in prin cipio ⁊ §. conditionū uerba. Mens autem colligit ex ra tione. l. quia rō legis ⁊ mens legis sunt ide. ff. so. ma. l. cū maler ⁊ no. in l. cū tale. § fallā de condi. ⁊ demon. ⁊ per cy. in. c. fi. extra de reg. iur. li. vi. ⁊ ideo ubicunqꝫ potest ō ratione. l. constare per eandem. l. uel aliā possumus ⁊ de bemus absolute uerba. l. restringere ad id tantūꝫ ad quod ratio se extendit ⁊ hoc est infallibile ut preallegatis iuri bus ⁊ no. in. d. l. nō dubiū super uerbo amplexus. Sꝫ vbi de ratione. l. non apparet per. l. expressam sed apparet cō iecturatiue tunc possumus ⁊ debemus generalitate. l. re stringere ad coniecturatam rōeꝫ in duobus casibus vꝫ ne aliquis ledat indebite ⁊ ne per aliquē ad lucrum perue niatur indebite seu cum iactura iuris alicuius. Ita loquū tur iura. ff. de iure patro. l. adigere. § quāuis. Nam nisi ibi fieret restrictio amitteret ius patronatus indebite sic etiā loquitur. l. ij C. de noxa. Nam nisi ibi fieret restrictio ex coniecturata mente statuentis tenet dominus ex delicto serui insolidum qd̄ esset iniquum qꝛ ex delicto seruum no strarum non debemus obligari ultra amissionem earū ff. de dam. infec. l. pretor ait. §. hoc edictum ⁊ sic ēt loquitur l. i. §. i. ⁊ § sunt munera ⁊ l. ut gradatim. §. sed si. l. pe. mu ne. ho. Nam nisi fieret restrictio fiscus admitteret ad lu crum indebite ⁊ cum alterius ꝑiudicio igitur dicte iniqui tatis vitande causa coniecturatiue restringitur generalitas iuris naturalis ut per interpetratione ⁊ coniecturatā men tem euitet iniquitas ex generalitate uerboꝝ statuti prece dentis que quidem iniquitas ⁊ iuris alicuius sublatio nō videtur in dubio cōprehedi sub generalitate sermonis ni si quatenus non pōt interpretatione iusta uitari ut. d. l. sci re oꝫ. §. aliud ⁊ de testa. mili. l. in fraude. §. fi. ⁊ l. cum filiꝰ ⁊ l. ij. §. mento ⁊ § si quis a principe ne quid in loco pu blico ⁊ de uul. ⁊ pu. l. ex facto. Sic igit in propositis ter minis potest ⁊ dꝫ congruenter dari restrictio in secundo dicto dicti statuti ut per agnatas mater non intelligat ex cludi in totū seu in partem a luctuosa filij successione quia intelligit esse de mente dicti statuti quāuis fuerit sic effu so sermone locutus. C. de do pro. l. ulti. ⁊ inferius ostēdit quia dꝫ huiusmodi generalitas restringi ad eius rōem ⁊ causam rōnabiliter coniecturatam scd̄m quā non porrigit ad sensum huiusmodi in dicto scd̄o responso quoad perso nas excludentes matreꝫ non enī debemus intelligere ma trem fore exclusam in totum seu in partē sui odio cuꝫ non sit digna odio sed fauore. C de inoffi. test. l si quis in suo. §. ult. continueta. l. in testamento in fi. de mili. test. ⁊ l si de insti. ⁊ sub condi. fac sed grauis alterius idest ut alius ad mittat esse remota seu ad nisnusculā redacta alias seque ret absurditas intellectus quā debemus euitare ut dictuꝫ est. Si diceremus excludi seu ius eius diminui nisi ut ad mitteret alius ⁊ quatenus ille cuius respectu ius matris restringit sit successurus ⁊ non aliter. ff. ad tertu. l. ij. §. li beri ⁊ de iure patro l sicut. §. ult. de bo li. l si ex modica. §. filius ⁊ de ꝯtabu l. i. § filium de testa tu. l si sub cōditio ne ibi nā secuto ut ut alius detur de colla bo. l. ij. §. si duo nec debemꝰ intelligere ꝙ ius matris restringat cōtempla tione amite uel alteriꝰ cuiuscūqꝫ agnate remotioris gradꝰ qꝛ de mēte statuti fuit ꝓuidere agnatis masculini sexus ex cepta sorore de q̄ expssit in ꝑncipio statuti ⁊ hec mens cō iecturatiue sumit ex cā ⁊ rōe que mouit uerisilr statuentē primo quidē rōe cuiusdam rōnabilis recōpensatōis sumꝑ ta ex quadā cōsuetudine cōi modernoꝝ tempoꝝ ex qua cōsuetudine probabiliter sumit coniectura mētis ⁊ rōnis statuentis. l si seruus plurū. §. i. de lega. i ⁊ de fun instru. l. cum de lanio. § asinam de sup. lega l iij cū simi est enīꝫ cōsuetudo moderna ꝙ superstites agnati succedāt in one ribus defunctorum quātum ad pulsationem iniuriarum actiue ⁊ passiue ⁊ quo ad similia onera ⁊ incōmoda. Est igitur equum ut ibi collocent cōmoda ꝓuenietia ex agna tione vbi collocant incōmoda. ff de aqua plu arcen. l. i. §. fi. ⁊ de regu. iur. l ꝫm naturam. Secūdo ratione cuius daꝫ publice vtilitat que exposcit facultates singulis agna tionibus cōseruari ut familiarum salua sit dignitas ⁊ ho nestas que absqꝫ diuitijs nō conseruat de lega i l. ab omꝰ circa prin de ven inspi. l. i §. si seruus in autent de testi. §. sancimus. C de suspec tuto. l. pietatis ⁊ de priui. credi. l. si creditores qꝛ honores ⁊ munera publica potioribꝰ in ducenda sunt. ff. de decur. l. honores. C. eo. l ad subeunda qꝛ interest rei publice per digniores ⁊ ditiores regi non per pauperes ⁊ abiectos in cor de defen. ciui. in princ. ⁊ §. i. ⁊. d. l. honores ⁊ in cor. ut omnes obe. iudi. ꝓuin. cir ca prin igitur reipublice interest facultatibus suos habū dare subiectos ut in cor. ut iudi. sine quoquo suffra §. co gitatio honores autem ⁊ onera publicoꝝ gerendoꝝ offi ciorum cōstat solum ad virilem sexū pertinere. ff. de regu. iur l. ij ff. de mu. ⁊ one. l iij. §. corporalia cum simi. ⁊ hec fuit ratio mouens cōiecturatiue modernos. l latores. Et insuper qꝛ per agnatos virilis sexus cōtingit secūdum cō muniter accidētia ꝑpetuari ⁊ cōseruari memoriam agna tionis ⁊ agnatorum ꝙ optat quisqꝫ naturaliter in se fieri ⁊ hoc fit per personas agnatoꝝ virilis sexus ⁊ non ꝑ fe minas qꝛ in eis non est apta ꝑpetuari memoria agnatōis sed finiri ff. de verbo. obl. l. pronūciatio. §. fi. cum. l seque. sed fit per personas agnatoꝝ masculini sexus ut. d. l. ꝓnū ciatio. §. familie ⁊. l. libertoruꝫ in fi. eo. ti. qui mo. ius pa. po. sol. §. i. Non obst. ꝙ quidam sunt agnati masculi in quibus hec ratio nō uerificatur videlicet ꝑpetuationis ⁊ cōseruationis nominis agnationis que cōseruat per pro ductionem prolis que quādoqꝫ in aliquibus deficit ratio ne vitij naturalis ⁊ quandoqꝫ ratione alterius accidentis vel non cōuenientie qꝛ debet attendi cōmunis natura ho minum ⁊ nō alicuius speciale vitiū ⁊ huic cōmuni natu re adherent l latores absqꝫ exceptione vitij singularis. ff. de libe. ⁊ po. l. si quis posthumos in prin. ⁊. ff. de vsucap. l. iusto. § nō mutat ⁊ in auten. vt nu debi. ⁊ cre § qꝛ ve ro. ff. de legi. l. nam ad ea. Ex his rationibus fundatur cō munis opi. doc. tenentiū mentem statuentium extendi ad personas mares agnatorum in quibꝰ operat effectus di cti statuti tam publice vtilitatis augmētum quāꝫ cōmune tam morientium quā viuentiū uotum quā debitam ⁊ rō nabilem honoris ⁊ emolumēti compensationeꝫ. Ex qui bus rationabiliter sequitur coniectura mentis ⁊ rationis statuentis licet in statuto nō inueniatur expressa qꝛ in da tione rationis. l. extra expressionem in. l. ꝓcedi pōt conie cturatiue multipliciter videlicet ꝑ uiam euitande absur ditatis ut. d. l. scire. § aliud ⁊ ō regu. iur. l in ambiguis nec nō ratione remouende iniquitatis. ff de legi l. benignius ⁊ de iure patro. l. adigere. § quāuis ⁊. C. de noxa l. ij ⁊ d. l. vt gradatim §. sed si lege. Iteꝫ ratione suadēte equi tatis ff de aqua plu. arcen. l ij §. item varus ⁊ de excu. tu to. l. scire oportet ⁊ ratione cōmunis vsus loquēdi seu vtē di de lega i. l. liberorum. § ꝙ tamen cassius ⁊ ꝙ ibi no. ō fun. instru. l. cum de lanio. §. asinam ō sup lega. l. iij. ⁊. l. la beo. Item ꝑ precedētia ⁊ sequentia ⁊ per id ꝙ a lege ex cipitur ⁊ per omnes modos per quos cōiecturamus mē tem testatoris uel cōtrahentium qui habent in. l. si seruꝰ plurium. §. vlti. ⁊ in infinitis legibus. ff de lega. i qꝛ ō dif finitione ⁊ interꝑtatione verborum prelatorum a testato re ⁊ a legislatore recte arguimus ff. de manu. testa. l. si ita fuerit seruus. §. vlti. ⁊ de statu libe. l. labeo ad treb. l. qui fi lium in fi. C. de ver signi. l. cū quidam in auten de nupt. §. disponat ⁊ ꝙ talis mens fuerit statuentis in propositis terminis ⁊ maxime exceptio posita in dicto statuto dum dicit preterqꝫ in domibus ⁊ cassamentis que exceptio ꝓ pter cōcernit fauorem agnationis in prole masculoruꝫ cō sistentem quibus iniuriosissimum esse dignoscitur domꝰ progenitorum fore suoꝝ ⁊ situs in quibus antiquata est fore agnationis forma ⁊ retinere cōsueuerunt agnatio nis nomen videre ad extraneos deuolui ⁊ imagines ma

iorum suorum

forum suorum hoc est arma ⁊ signa videre reuulsa ar. C. de admi. tu. l. lex que tutores igitur huiusmodi exceptio fauore agnationis retinentis ⁊ conseruantis formā ⁊ nomen agnationis absq; dubio videt adiecta qꝛ fauorē eius principaliter cōcernit ut ff. de ꝯhen. emp. l. si emptione ⁊ qd notat in l. veteribus ff. de pac. in glo. ⁊ extra ⁊. d. l. ij. §. si duo de colla. bo. Similiter ergo ⁊ precedens dispositionis pars restringens ius successionis materne ad certā quotam attribuenda est fauore agnationis masculini sexus ⁊ prolis qꝛ eadem dispositio non dz varietate accipi ⁊ diuerso iure censeri ff. de vsuca. l. cum qui edes ⁊ eius determinationi seu generi subicitur etiam regula. ff. de reg. iur. l. ij ⁊ quia qñ vnius partis dispositionis est certior intellectus declarat ⁊ dat intelligere aliam cuius intellectus est magis obscurus siue pars clarior sit prolata exceptiue ff. de vsufru. le. l. generali. §. vxori de penu le. l. nā quod liquide. § vltimo siue dispositione ff. de peti. here. l. uerū ⁊ C. fami. her. l. quotiens ⁊ de leg. i. l. si seruus plurium. §. ff. ⁊. l. qui filiabus cum similibus. Declarat mens statuentis ad dictum scdm responsum statuti qd ius matris restringit ad certam quotam per dicta in precedenti parte dicti statuti cui dicta scda pars continuat quia in parte prima exprimuntur nominatim certe persone agnatorum masculini sexus excepta sorore defuncti ita igit fauore agnatorum masculinum excepta persona sororis defuncti constat partem dci prima statuti fuisse prolatam igit per dictam regulā sūmi potest coniectura rōnabilis in fauore personarum eiusdē sexus ⁊ linee lꝫ vlterioris gradus intelligat processisse secunda pars dci statuti que non differt a prima nisi scdm totum ⁊ partem quia sequentia per precedentia quibꝰ cōtinuantur congrue declarant cum obscure proferuntur ut d. l. quotiens. Sed non est dubiam quod dicta secunda pars statuti est obscura quantum ad personas quarum intuitu mater intelligatur esse reducta ad minusculam ⁊ cōstat quod intellexit legislator fauore alterius propterea ad successionem admittendi fuisse locutum ut cesset absurditas de qua supra est tractatum vꝫ ne mater videret exclusa solum sui odio vtiqꝫ rationabili nec declarant persone quarum respectu dicta restrictio iuris materni emanauerit igitur dicta pars velut obscura rationem dꝫ sūmere ex precedenti clausula videlicet ex personis agnatorum sexus masculini vnde ad personas similes lꝫ vlteriores gradus videatur. l. lator transitum fecisse cum diminutionis fauore ⁊ cum persone agnatorum sint indifferentes quodam modo penes ratione inducende dispositionis de quibꝰ rationibus superius tactum est ⁊ in habētibus similitudinē talis est datio cōsequentie. C. de interdic. l. i. nec pōt eodē modo dari consequentia ex persona sororis ad feminas vlterioris gradus quia inter dissimilia non pōt dari consequentia similitudinaria. ff. de calū. l. vltima de acqui. pos. l. naturaliter. §. nihil. C. de codicillis. l. fi. sed ius sororis est quodāmodo par iuri matris C. ad tertu. ante defuncto ex cuius persona tantom ius mater afficit quanto dignior ⁊ potentior in successione prerogatiua confert ⁊ tantomagis ius cōe offendit ⁊ tanto maior est iniquitas quanto magis ab equitate discrepat. C. de procu. l. exigendi ergo de minus iniquo ad maius iniquū non dat rationabilis cōsequentia ex persona sororis vꝫ quia cum in persona sororis ratione sui sexus dem statutum matrez repellens sit minus rationabile quā in persona marium qꝛ in eius persona cessant rationes superius declarate non dꝫ inde consequentia sūmi quia ad unum inconueniens ⁊ singulare ius non dꝫ dari aliud nisi necessario ⁊ inseperabiliter sequat ex eo ut. ff. de re iudi. l. a diuo pio in principio in ma. glo. ⁊. ff de legi. l. quod non rōne. Confirmat etiam iste intellectus qui matrem iuuat sūma iuris equitate que matri ratione pia ⁊ equa consulit in obtinenda luctuosa filij successione in qua ius in dubio presumit ⁊ omnem presumptionem contrariam ⁊ quēlibet tacitum intellectum silere facit C. de testa. mili. l. in testamento. §. vltimo de insti. ⁊ sub. ti. sub condi. fac. l. fi. ⁊ de impube. ⁊ alijs substitutio. l. precibus superius allegata. Unde repugnant predicte regule ⁊ iura hijs que dicta sunt supra de coniecturantis rationibus ⁊ intellectu mentis tacite dicti statuti quia in fauorem tendunt materni iuris ⁊ ut in odio restringēdo effectum dicti statuti ad fauorem masculorum tantum quibus deficientibus cessat dispositio dicti statuti arguendo ex mente ⁊ ex ratione cessare ⁊ succedit dispositio iuris cōmunis que pro matre facit cui hereditas filij est tanqꝫ debita iure naturali licet ordine turbato. ff. vnde libe. l. scripto in fi. ⁊ de inoffi. testa. l. nam ⁊ si parētibus ⁊ in auten. de triē. ⁊ semis. §. i. ⁊ que extra casus in statuto cōprehensos remanet in pristina iuris forma. C. de appel. l. precipimus in fi. ⁊ in auten. de admi. offi. §. fi. col. iij. nam qꝫ in nouantem dispositionē non transfertur iuri pristino reformatur ff. de vsur. l. si stipula. in fi. de adimē. leg. l. alumne. §. qui filio. Ego Frāciscus domini Bechi de aretio ciuis florentie legum doc. cōsulo ut superiꝰ scriptū est.

cccxlv.

Kimo Matris ad alimēta coartationem ⁊ ab hereditaris successione precisam exclusionē fiendam p certas personas expressas in statuto ⁊ hoc facit primo ⁊ iste nō est casus noster. Secūdo certam matris in succedēdo innitationeꝫ ⁊ reductionem ad minusculaꝫ partem sine alicuius vniuersalis successionis expressione ita qꝫ effuso sermone ⁊ impersonaliter lex loquitur de residua parte in qua mater non succedit ⁊ in hoc secūdo stat questio nostra vtrum amita preferatur matri. Tertio infra in eodē statuto considero clausulaꝫ aliam que dicit qꝫ existente aliquo uel aliquibus coniūctis ex latere patris saltim vsqꝫ in quartum gradū mater non succedat ⁊ ipse cōiunctus uel cōiuncti succedant ⁊ sint in successione potiores ⁊ istud capitulum legislator videtur etiam tangere casum nostruꝫ amita enim est soror patris ⁊. j. quartum gradū ergo videtur matrem coartare ut in secūda parte statuti ac in totum excludere ⁊ in tertia parte siue capite statuti. Nam cum in verbis nulla est dubitatio nō admittit voluntatis questio. ff. de le. iij. l. ille aut ille §. cum in verbis ⁊ debemus verbis statuti seruire d exerci. l. i. §. si is qui nauem ⁊. l. licet dura seruanda videt. l. prospexit qui ⁊ a quibus licet lex inducat viciū maximum tamen debet seruari donec per nouum legislatorem vitium corrigatur antique. l. ut. l. vitium maximū. C. de lib. prete. licet enim cōueniat legislatorem fautorem esse equitatis ut C. de pac. conuen. l. hac. l. tamen ꝓpter equitatem uel humanitatem nō scriptam non possumus recedere ad tex. l. C. de legi. l. i. nec ab eius generali determinatōe. ff. de publi. l. de precio de alie. l. i. §. cum autem ⁊ in hijs que expsse contra rationem naturalē sunt constituta nō possumus sequi rationem que nulla uel tenuis est. ff. de legi. l. qꝫ vero ⁊ argumētum in. l. i. ff de consti. prin. Sed ista sunt superficialia nam ista res est aliter cōsideranda quādoqꝫ n. lex disponit de successione eam certo personaꝝ generi vl certis gradibus afferendo ⁊ tunc nominati per lege succedunt alij tanqꝫ preteriti a lege nō succedunt. nam p̄teritio legis est pro exheredatione inclusio enim expssoꝝ ⁊ tacitorum est exclusio remissorum ut. C. de secun. nup. l. i. C. de inces. nup. l. siquis incesti. C. de bo. prescrip. auten. bona dan. insti. de leg. agna. suc. § qꝫ ad feminas quādoqꝫ lex disponit de successione priuatiue pura qꝫ mater nō succedat ⁊ tūc necesse est in priuatiua dispositione inquirere rationem legis que tacita est. Nam vbicunqꝫ. l. prohibet tunc ne nudum videatur preceptum ratio legis inquirenda est ⁊ ratio tacita habetur pro expressa ut. ff. de re mili. l. milites agrum. Interdum aūt lex priuat matrem qꝛ delinquit circa ipsam pietatem in qua fundatur ratio ⁊ causa successionis ut qꝫ nō petiit tutorem filio impuberi tunc ceteros omnes gradatiꝫ vocasse videt ⁊ vltimo fiscum ⁊ si nō acceptat bona sunt vacantia ⁊ sine herede ut ff ad tertul. l. ij. §. videdum interdū lex non priuat matrem ratione delicti sed sub alio respectu siue respectu esse nō est lex priuatiua ut dixi argu. ff. de leg. i. l. filiussa §. diui. C. de fideicō. l. quotiens ⁊ iste respectꝰ nō potest fundari in odio qꝛ mater nō demeruit argu ff. de condi. indebi. l. qui exceptionem. Nō enim dicitur exceptio odiosa nisi quādo creditor ōmeretur. l. patrocinium ita hic. Erit ergo ratio fauor agnatorum. nam ⁊ a prima legū origine cum sola lex. xij. tabu. omnibus imparabat ide erat ꝓpterea fuerat necessaria se contenta in ista materia ⁊ edicta pretorum ut insti. ad tertul. in princip. ⁊ noue constitutiones principum ut in auten. de heredib. ab intestato. §. ex hijs sed quorum agnatorum an omnium an agnatorum masculorum. ita quod sexus discretio habeat an hoc stat questio nostra. nā in secunda particula huius statuti que matrem minuit ad quartam partem nulla fit mentio uel distinctio sexus ⁊ id

quod ex tacito intellectu simili videtur esse in rem scriptū
ut.o.§ videndum ⁊ sic ista florentina prudentia ut pluri-
mum erit consona.l.xij.tabu. Item quedā rudis ⁊ laico-
rum equitas videt' qȝ bona redeant ad stirpem a quo pro
fluxerunt ⁊ est arrad hoc.C.de bo que lib l.ꝙ sctis. Sed
cōtra hoc videt' quod intelligat' de agnatis masculini ge-
neris ⁊ hoc ex cōnnectione duorū capitum eiusdem.l.ar.
de li. ⁊ po.l.gallus.§.ille casus. Nam in tertio capite sta-
tuti ubi dicit' mater non succedat existente aliquo vel ali-
quibus ⁊ oȝ etiam usqȝ ad grāmaticalia descedere. Nam
aliquo est generis masculini in hac materia tanqȝ in ma-
teria differenti penes rōem. masculinū non trahit ad suū
privilegium femininū quia in feminino sexu non invenit'
eadem rō privilegij aut favoris. unde si statutū dicit agna
ti excludant matrē. istud non trahitur ad agnatas nec ma
rum quedā enim masculos sequunt' ⁊ non feminas. ff. de
reg.iur.l quo tutella ⁊ facit qȝ legitur ⁊ no.in ri qui fem.
dē.pos.§ hoc autem in fi.in glo. ⁊ ad hoc qȝ no.C.d ser.
fugi.l quecunqȝ de uer. sig.l.i.per dy. ⁊ alios cum si. ⁊ lȝ
dicat aliquo vel aliquibus ⁊ iste ablativus sit generis oīs
⁊ sic includere videat' eque principaliter ⁊ per se mascu
linum femininum ⁊ neutrū ut no.ff. de reg.iur.in rubrica
⁊ in.l.i.tamen qȝ premisserat de masculino dicendo ali-
quo ⁊ non dicendo aliquo vel aliqua intelligit' digressio
ad pluralem numerū sed non ad alium sexum. retinet eniȝ
statutum suam ꝓpriā significationem in quocunqȝ nume
ro loquat'. ff. de neg gest.l.iij.de uer.sig.l.in visu uiria. Et
ad hoc facit quod subsequit' conniunctio del coniunctio nā
in masculino loquit' quod isto casu non porrigit' ad femi-
nas. Sed contra hoc obiicit' quia istud statutum valet ver-
ba dubia interpetrari per cōsensum ergo interpetrabitur
pro se de iudi. si quis intentione sed ad hoc respondeo qȝ
ista potestas restringit' ad personas quibus statutū favet
non ad alias ut. ff. de iure codi.l.quidā referunt ff. de in
diem adiec.l.si predio. Tertius casus est quando statutum
hȝ duo extrema certa ⁊ clara qȝ quosdam excludit tunc in
clusi includunt' ⁊ exclusi excludunt' ut in autentico de he
re. ⁊ fal §.si quis aūt.non implens ⁊.§.exheredatos de
cōtratab.l.i.in fi. ⁊.l.iij.§.si emancipatus.C.de le.here.l.
lege.xij.tab.conclusive autē in questione nostra videndū
est qȝ dictum statutum retro fuerit intellectū ⁊ practica
tum ⁊ id quod longo tempore viguit est servandū. ff. de
legi.l.minime. Si autē nō apparet qua interpetratiōe visa
sit civitas ratio pro matre facit quā ex coniectura non pa
tiunt' leges excludi ut.l.precibus.C.de impuberū cū ma
teria sua. Benigna ⁊ enim interpretatio facienda est etiā
in statutis. ff. de legi l.benignas ⁊ cōis intentio prudentū
civium ⁊ statuentium talis presumit' esse qualis esse dȝ si
nominatum tunc fuissent interrogati. At verisimile est qȝ
in hoc casu sanxissent pro matre ff. de pac l.tale pactum i
fi.querit' enim mater dȝ esse deterioris conditionis ⁊ ami
ta potioris rō inveniri non pōt que sit substantialis ⁊ bo
na in qua dȝ lex fundari quarta di. erit autem lex. Multe
autē sunt persuasiones ⁊ ꝓbabiles pro matre facientes ⁊
multa argumenta faciunt pro ea verum est tamen qȝ statu
tum est multum pregnans ⁊ tutius esset amicabilr cōpo
nere quā audacter eligere in passibus difficilibus in iure
difficultas ista pendet ex eo qȝ ratio statuti non est expssa
in statuto Item ratio non est de substantia legis ut ff. de
igitur restat cōsiderato quod dicta domina bartholamea ad secunda uota transiuit quid de suo patrimonio originali uir sit ⁊ hec aduertendum subtiliter nam dicta domina bartholamea in suo testamento viro suo nihil relinquit sed filie. x. iur institutionis in residuo autem extraneum heredem instituit vnde non sumus in casu. l. hac edictali de secū. nup. iure autem nostrorum confirmando per quod disponitur binubum non posse conferre aliqua largitate suo cōsorti plusquam conferat ⁊ concedat uni ex liberis primi matrimonij cui minus relinquit sed sumus in casu quo binuba dat dotem viro secundo ⁊ in foro viri est consuetudo quod vxore premortua uir superstes lucretur totam dotem causa enim lucri mediata est municipalis censura matrimonium autem mediata an dictum statutum vendicet sibi locum existentibus liberis ex priori cōiugio ⁊ ista questio est dubia ⁊ in ea contrarium dicere quam plurimi excellentissimi legum doc. inter quos fuerunt Bal. de perusio Franci. de are. Tho. de corsinis viri graues ⁊ grandis recordij. Sed omissis eorum rationibus decisiue ueniā ad illud quod mihi uidetur melius ⁊ attende bene quo dictorum doctorum sententias contrarias reducam in consonantiam luculentam ⁊ considero quod vbi uigilat dicta municipalis censura aut mulier de lucrando cum viro paciscitur equiperando statutum ⁊ pactum. ff. de pact. l. non impossibile constante matrimonio mulier nec in rebus mobilibus nec se mouentibus aut imobilibus dotem augere potest aut iam datā diminuere palam ⁊ prima fronte ut eam postea in absconso suo uiro concedat ut coll. de nup. §. de augmentis cōiuncta glo. in uerbo incertum que sumpta est cum enim nupta esset non expediebat sibi pro matrimonio contrahendo facere augmentum aut diminutionem dicte dotis ut lucraretur augmentum aut diminutionem in perniciem filiorum quibus fecit iniuriam ⁊ filiorum caritatem contempsit ut s. dictum est in precedenti discursu ⁊ in hijs augmentis ⁊ diminutionibus vera sit opinio tenentium quod statutum regulatur ut pactum ut sicut b. nubilis suo consorti aliquis largitate concedere non potest plusquam concedatur uni ex liberis primi cōiugij ita nec in casibus supradictis. primitiuam autem dotem sui proprij patrimonij absque spe aliqua de lucrando per. l. aut pactum nulli dubium quod mulier date potest ut licet quoniam ⁊ proprium patrimonium iactare potest in mari nec esse ab eadem ratio exigenda. C. de rei vendi. l. cum a matre in glo. sed hic non est casus noster quoniam hic simul duo concurrunt ad lucrum totius dotis pactum videlicet ⁊ municipalis censura disponens super lucro totius dotis vxore premortua. Unde uidendum est si pactū aliquod operatur ⁊ si non an operetur municipalis censura ⁊ hoc dico exquiri oportere causas ⁊ pricipia vsque ad elementa. Considero enim quod cesaris maiestati bellissime uisum fuit mulieres primo coniugio stare contentas ⁊ felix atque benedictum illud appellauit in corpo. de nup. §. soluto nec mirum quia continentia non procul a virginitate cunsistit in corpo. de non eligen. secundo nuben. §. optimam ipsaque est que sola potest coram deo animas presentare in corpo. de leno. col. iij. ⁊ ideo per transitum ad sequens coniugium priuauit eas proprietate lucrorum ac etiam interdixit eidem licentiam largiendi aliquo titulo lucratiuo inter viros uel in uoluntate etiam de proprio originali patrimonio ultra quam largiretur uni ex filijs primi coniugij cui minus largitur ut d. l. hac edictali ⁊ in corpo. de nup. §. optime in prin. vsque ad ver. hoc idem obseruandum ⁊ in auo ⁊c. Quinimo ⁊ omne datum aut largitum per se uel interpositam personam aut de aliquo colore quesito habetur pro non dato ⁊ pro nō scripto ut in eo §. ver. ⁊ hoc decernens ratione nec mirum si interdixit quia cum mulier domum intrat viri eidem si posset filiorum vitam adduceret. C. de admi. tuto. l. lex que tutores ⁊ ideo secūdi matrimonij aut vlterioris tam viro quam vxori secundis nuptijs cum pactis lucrorum non sine causa interdixit licentiam cōsiderauitque cesar quod mulier secūdo nubendo aut etiam pater suis filijs inducendo nouercam filiorum priorum matrimonij caritatem contemnit ut supra dixi similiterque uiri anima contristatur ut dictum est. Et propterea decidendo concludo quod nec ad lucrum ex pacto aut quod ex municipali censura defertur uir superstes vxore premortua est uocandus ut d. ver. ⁊ hec decernens vbi nulla machinatione ⁊c. ⁊ vsque ad ver. hoc autem quod plus est ⁊ istud

est assumendum pro regula negatiua. Hec autem regula
fallit cum cessant hee rationes z principia quia nec vxor
secundo nubendo est viri animam contristata ut in propo
sito est nec etiam pietatem maternam contempsit ut est si
mulier in proposito quia dicta filia primi viri sient conten
ta secundis nuptijs matris sue z renūciauit omni iuri suo
sibi quesito in lucris ab eius patre descendentibus ut su-
perius est expressum nulli autem dubium est quod mater
secundo nubendo volentibus filijs primi matrimonij sua
matrimonium ex postfacto ratum habentibus vxoris bi-
nube non incurrit penas sed eas euitat in cor de non elt.
secundo nuben. §. gregorianis uer. uerū tamen continetur
glo. i in uer. copulantur prout quidam liberi habent inui-
to filio sed prout ibi est inuita filij hoc non probar sed licz
non probet superius est probatum. In proposito autem
dicta filia matrimonium ratum habuit secundum ea que
proponuntur z interfuit forsan eius ratum habere cum
forsitan propter iniquitatem fortune uiduantis matrē nō
expediebat eidem puelle matrem suam sine viro manere
uel ad quia continentia apta non erat uel quia reuerentia
sibi non adhibebat ut primo viro viuente sed iniurijs aut
vexationibus aliquibus premebat patentibus uel abscon
ditis quas forsitan le qui non lz i i C. quando imper. in-
ter pu. uel vidu. Sic z expedit pupillis per tutorem eorū
de morte paterna pacem fieri cum inimicis eorum sint
valde graues z maxime potentiorum. ff. de pac. in perso-
nam in prin. ff. de fur. l. interdum. §. qui tutelam per Ia.
de are. in l. i. C. de in inte. resti. mi. spec. in ti. de homici. z
in ti. de pa. z treug. Io. an. in nouella in c. si annum de iu
di. li. vi alias gale. in sua margarita in ti. de accusa. Se-
cundo fallit cum mulier secundo nubendo absqz pacto de
lucrando z seu absqz lucro inducto per municipalem cen
suram cum minori dote z absqz dicto pacto aut reseruatio
ne municipalis censure nubere nō poterat cui nupsit nec
honeste alteri nubere poterat z maxime sine peccato. hec
enim sunt paria nullo modo posse aut non sine dedecore
ff. de condi. z demon. l. hoc modo non enim fuit intentio
nis cesaris mulieres uiduatas ad non nubendum compe
scere sed solum ne occasione libidinis affectare filiorum
vitam adducerent viro secundo tex. est in cor. de non eli.
secundo nup. § si uero intestatus uer. neqz ex hoc eas ad
necessitatem. Quinimo voluit z mandauit potius eas in
secundo matrimonio caste viuere quam contra leges lu-
xuriari ut patet ibi. in themate autem nostro prout audio
dicta mulier ad continentiam apta non erat. probatur ab
effectu quia uirum secundum accepit ad liberos procrean
dos z propter grauitatem etatis erat inepta nec eide erat
innata prudentia que solet firmare columnas z fundamē
ta domus uiri que tunc a domino deo est prout ait sapiēs
prouerbio. xix capitulo z uir premortuus illustris scientie
philosophie artium z medicine doctor fuit. secundus au-
tem vir similiter eadem scientia ꝑpolebat ac etiam flore-
bat etati quasi adolescenti. C. de stud liber. vr. ro l. i nec
non oriundus de splendidissima ciuitate florentie quantū
cunqz esset ex vico. ff. ad municipa l. qui ex vico. ff. de iudi.
l. insule in cor. qui. mo. na. effi. le. § si uero nec ciuis licet in
puncto transfigurato aliud dicatur z in lucris licius co-
piosus atqz etiam habundans fratribus z consortibus p
quos solet domus tuta manere vnde mirum est quomo-
do vir secundus etiam concurrente pacto aut lege de do-
te lucranda uoluerit ad tale matrimonium inclinari z po
tissime quia origo sua maior pars fortune ad ciuitatem re
ferendo dicta autem vxor de nō tali progenie. Si quis igi
tur bene considerat quid lucri ex dote cōsequatur talis du
cens uxorem sub nomine dotis cui ducenti resistit dictum
citomis ne uxor dicatur sub dotis nomine ut pariquis nu
bat z hic nulla paritas nempe nihil lucratur nisi quoti-
dianas angustias cum alias non vxoratus timentis viduā
ducit vxorem que sibi mater esse posset z sibi ad prolem
penitus est inepta propter grauitatem etatis z cui sensus
z prudentia non adest ut expedit mulieri edificanti colū-
nas domus z considerata paritate dotis considerataqz
qualitate dotis uiri qui tunc z nūc etate florebat z splen
debat scientia z moribus z uxorem aliam longe plus ho
norabilem potuisset habere nempe nihil habeat igitur di
ctum lucrum talis uir in recōpensatione tante imparitatis
facere debet ꝑ hoc est glo. ordi. singularis C. de do. pro-
mis. l. si uoluntatis in casu econuerso cum ignobilis dotat
vxorem nobilem no de verbo. oblig. a. l. si ita stipulat⁹ §.
si tibi scripsero z ibi per Bar. z hoc casu non haber lo-
cum autem equalitas potissime cum non sit hodie in vsu
secundum glo. ibi Cy. Iac. bu. z Iaco. de bel. z Bar.
Qua propter concludo tam propter formam statuti quā
propter pactum z quia filia tunc matrimonium ratū ha
buit illud que nō impugnauit maritus primus imo dedit
licentiam secundo nubendi dictum virum totam dotez lu
crari ex quo nō poterat absqz pacto z circūscripto pacto
debet lucrum sentire ex forma municipalis censure. Opi
nio ergo tenentium oppositum vera sit quatenus mulier
inmensam dotem dedit aut nubere potuit sine pacto z
etiā sine ligamine municipalis censure quia tunc totum z
quicquid dedit imense cum pacto de lucrando aut absqz
pacto confidens forte vir de municipali censura illud to-
tum regulatur secundum formam l. hac edictali in. de co
plus non lucretur vir sequentis matrimonij quam vnus
ex filijs primi cui minus relictum fuerit aut quoquo titu-
lo elargitum z hec quidem dicta sunt mea regulātia opi.
dictorum dominorum doc. licet non cogitauerint in predi
ctis. Et ita dico z consulo ego Angelus de perusio legū
doc. z c. Florentie. Mcccclxxxix. mensis decembris.

cccxcvij.

nidam Puer sagipulauit pillam cum sagipulo que pilla p-
cussit in terram z rebalzando percussit quē
dam alium puerū in brachio qui percussus
cepit flere pater cuius dedit ei⁹ alapam sagipulā
ti z eum etiam fugauit. Queritur de duobus primo an
percutiens cum pilla incurrat penam statutis disponentis
de percutiente studiose cum re apta euidenter ad nocen-
dum. secundo an dictus pater potuerit dare licite alapam
puero sagipulanti nec ne cum dicat se ad vindictā fecisse.

udus Pille antiquissima res est z omni iure permissus. ff. ad l.
aquil. l. item mela. in prin. non distincta qua
litate ludendo an cum sagipulo an sola ma
nu ut cōmuniter fit non enim lex distinguit
vnde nec nos sicqz lex latissime loquitur z ideo sic intel
ligenda est primum probatur. ff. de publi. l. de precio secū
dum in. l. in fraudem. §. fi. cum. l. sequen. ff. de testa. mili. z
quod hic iaculandi modus non sit interdictus probat in
l. item si obstetrix. §. fi. ff. ad. l. aquil. ubi est cas⁹ quod in-
telligo nisi iaculandi modus sit perniciosus talis enim tūc
ludus noxius est interdictus eo. ti. l. nam ludus. Ex ꝑdictis
infertur necessario quod pilla non est euideter apta ad no
cendum quia tunc ludus eius non esset permissus sed in
terdictus ut. d. l. cum ludus z. C. ut armorum vsus. l. vna
no. in. d. § fi. z in. l. qua actōe. §. siquis in collutatione eo.
ti. illa enim res euidenter ad nocendum est apta que prin
cipaliter ad nocendum in sui figura est ordinata quoniaz
naturam rei per prius non secundum accidentia conside-
rare debemus ff. de lega. iij l. sed quid earum. § inter em
ptam z. ff. si ager vectiga. l. i. z. l. si non ergo candelebra
aurea z argentea sunt res euidenter ad nocendum apte
quia non ad hunc finez artificis industria sunt formata sed
potius ad finem tenendi afferentis z producentia nobis
lumen z si dicatur non ne nocere possunt non est negan
dum sicut z claues camere z apothecarum z aliorum si
milium sed licet nocere possint non sunt per euidentiam
apte ad nocendū quia ministerio artificis ad hec talia fa
bricata non sunt alias qui percuteret aliquem cum alu-
cta vel caliga uel cum frustro carnis aut uno pulo sicut iā
vidi diceretur percussisse cum re euidenter apta ad nocen
dum quod est falsum z hoc cognoscimus per sensum na
turalem vnde aliam rationem inquirere non est nisi infir
mitas intellectus secundum phylosophum. Tres ergo
notande sunt species vna armorum de quibus habetur in
corpo de armis z. ff. de verbo signi. l. armorum z iste nō
est casus noster. Alia est verum euidenter aptarum ad no
cendū quia hominis industria z artificio nocere possunt
z ad nocendū euidenter sunt apte z hac appellatione nō
continentur nisi res ille ordinata que per facti euidentiam
aptitudinem habent nocendi sic enim statutum loquitur
vnde non est recedendū a verbis ut l. non aliter. ff. de le.
iij z ubi requiritur euidentia non sufficit simplex existen
tia ab euidentia sequestrata ff de ri. nup. l. palam. ff. d. edil.
edic. l. queritur. §. i. vbi cicatricem euidentem z periculo-
sam z c.

sam zc. de uerbo sig.c.ij.ubi tex.coniunc.glo. Jo.an.in uerbis manifestum unde illud dicitur esse euidens cuius probatio dicitur esse in euidenti z manifesto ut.o §.fi. z ibi glo. Jo.an.facit ff qui satisda.cogan l.si uero.§.qui pro rei ibi euidentissime locupletem zc. ubi glo dicit euidens esse quod manifestum z notorium est ita quod probatione non indiget facit etiam. C.de spe.l.cuies z quod not. Inno.de offi deleg c.fi. z de iureiurando.c.ad nostram in.c.tua nos de cohabi.cle. z mo.C.qui z aduersus quos l.i.in glo. Nulli est autem dubium quin sit contradictor nature dicens quod pilla non sit ad ludendum ordinata z maxime que pueris conuenit habentibus manus moles z debiles nec est res euidenter apta ad nocendum licz potestatem habeat nocendi. Tertia species est rerum aptarum ad nocendum z considerato quod infinita exempla ponere possemus rerum que ad nocendum principaliter non sunt ordinate sed ad alium finem iustum uidebitur z honestum tamen econuerso usu earum dicere que res nocere possint z in hoc standum est opi. uulgi qua cessante standum erit iudicantis arbitrio quoniam in non habentibus eandem rationem z formam semper ad arbitrium iudicis recurritur. ff. iudica. sol.l.vir bonus z.o.l.si uero.§. qui pro rei.ff.de pe.l.hodie de ifa.l.quid ergo.§ pena grauior. Premitto etiam quod siue ludendi causa siue non pilla fuerit missa z iaculata per alium si per rebalzationem z preter omne propositum iaculantis et fuit in proposito aliter fuerit percussus iniuriarum non oritur quia sine iniuriandi affectu iniuria non committitur z ideo tunc solum oritur acquilia que competit solum pro damno dato i culpa leuissima circumscripto omni dolo z culpa lata aut leui ff.ad.l.acquil.l.in.l.acquilia la ij Si ergo non iniuria nec iniuriarum competit ergo vindicta locum non haber precedere ergo debet iniuria absqz qua non est dare vindictam ff.ad.l acquiliaz si ex plagya.§.tabernarius coniuncta glosa que incipit a vindicta z lege si vendicari. C.de pe. z.l. i.in fi.de sum tri.in alia autem materia aliter accipitur uerbum vindicta. C. z insti.de manu.vin. z ibi per glo. z per azo.in summa per hoc quia vindicta debet esse conformis iniurie ut patet in statuto de vindicta loquente. Sed hec esset disproportio z difformitas si poneremus dolo malo iniuriam ad uindictam fieri posse pro culpa leuissima ut patet etiam ad sensum dolus eniz preponderat omni culpe nec est vindicta possibilis in casu nostro nisi actus fieret propositum prout preter propositum cum pilla percussio facta fuit que quidem percussio non infert iniuriaz.casus est ff. de iniuris.l.iii ff.ad.l.acquil.l scientiam.§.sed si defendi quibus rationibus non potest responderi. Concludo igitur ex premissis duo uidelicet pillam de qua queritur non fuisse nec esse rem euidenter aptam ad nocendum z per consequens non comprehendi sub uerbis statuti loquentis de pena percutientis cum re apta euidenter ad nocendum vi bo.rap.l.pretor.§.docere de adul.l.denunciasse.§. quid tamen de iure patro.l.adigere.§.quamuis solu.matri.l.si uero § de iuro de iniusto l.habebat in prin ff de re iudi.l.duos z maxime quia statutum predictum exigit dolum ut patet ex uerbo illo studiose tex est coniuncta glo. in cor.ut exac. instan dot.§.fi.que notabilis est colla vij.

Secundo concludo non potuisse fieri nec cadere posse vindictam de dicta percussione facta cum pilla modo predicto.cautius igitur fecisset pater offensi pueri si dixisset se percussisse puerum [illegible] animo corrigendi. Poterat enim licite z impune sic cum alapa percussisse qua percutiuntur pueri z etiam cum habena. C.ad sille.l.fi.coniuncta glo. est enim permissum senioribus errantem corrigere iuuenem leuiter z modeste arbitrio boni uiri ut.l. prima. C de emen.propinquo.licet illa de propinquo loquatur idem tamen dicam in non propinquis in tali puero z tali genere correctionis. sed quia dixit se fecisse ad vindictam standum est dicto suo quia mens nostra interior soli deo est nota z nobis ipsis z de ea alius non potest ferre iudicium insti de actio.§.alie in glo.ma.cum fi. facit.ff.de neg gest.l.nensenius que in fra.cre.l.fulcinius §.quid sit latitare coniuncta glo.ff de do.excep.l.apud celsum in princi.ubi est glo.optima. Super autem aliis punctis nihil dico quia per alios dominos doc.allegatum est. Et ita dico z consulo ego Angelus de perusio legum doctor zc.

Uedam Dña bilia dedit in dotem viro suo.ccccccc.xij flore nos auri z stipulata est sibi reddi a viro z a pluribus aliis simul z se simpliciter z in solidum obligans ad restitutionem eius eo casu quo restitui deberet hiis verbis in instrumento dotis appositis videlicet pro quibus dote z donatione soluendis z ad implendis obligauerunt eidem domine se ipsos z quelibet eorum insolidum heredes z omnia bona mobilia z imobilia presentia z futura que pro ea constituerunt precario possidere ita quod ex pacto predicto aduenientes casu liceat dicte domine z suis heredibus z cui vel quibus iura sua concesserit auctoritate propria ingredi bona dictorum debitorum z cuiuslibet eorum z que ex ipsis maluerit z de eis tenutam z corporalem possessionem apprehendere z tenere ipsaqz habere tenere z possidere vsufructuare vendere z alienare z sibi pro iusto precio retinere donec de dictis dote z donatione fuerit integre satisfactum zc. Queritur ad heredes illorum qui se obligauerunt ad restitutionem dotis dicte dñe bilie sint pro restitutione dicte dotis obligati nec ne.

Uestio Predicta finaliter residet in hoc an bona heredum illorum qui se obligauerunt ad restitutionem dotis dicte domine bilie sint pro restitutione dotis predicte obligata de bonis enim ipsorum obligantium non est questio z prima fronte uidetur quod non. Nam bona heredum pro defunctis debitis non sunt obligata de iure communi nec etiam pro legatis ab ipso defuncto factis licet creditores z legatarij possint in eis habere pignus pretorium pro satisfactione debitorum z legatorum cum in eorum solutione cessatur ut.l.i.in fi C. commonia de lega.coniuncta.l.certa ut in posses.lega.licet gl. in.d.l.i.in fi.aliter eam intelligat z non bene secundum Cy. Bar. z alios sed dubium facit an dicti obligantes se z eorum bona in dicto instrumento dotali intelligantur obligasse bona heredum eorum z uidetur quod non ut patet in.§ pro quibus dote z donatione zc.ibi qui pro ea se constituerunt possidere precario z ibi ingredi bona dictorum debitorum z cuiuslibet eorum zc.que quidem constitutio precarij non cadit in bonis heredum nec etiam videtur cadere potestas data dicte domine bilie de vendendo z alienando bona ipsorum debitorum z est facienda relatio ut rectus sit sermo z congruens interpretatio.ff. de peti.heredi l.item ueniunt.§.aptande de auro z argen. lega.l.plautius. Pro hoc etiam quia pactio ambigua contra stipulantem z paciscentem interpretanda est.ff.de pac. l.veteribus cum materia z hec opinio est vera si legatur uerba dicti instrumenti plene z continuatiue ita quod nullus sit punctus nec littera grossa inter relatiuum que z verba illa presentia z futura. Sed punctuando post illa verba presentia z futura qui punctus rationabiliter fieri debet cum oratio inueniatur completa ex uerbo principali supposito z apposito clare patet quod obligata sunt bona heredum ut patet ibi z cuiuscunqz insolidum heredum z bona. Nam istud uerbum bona venit ad determinanduz personas plurium.l.principalium z heredum z omnia possunt determinari pariter z eodem modo ergo vniformiter debent determinare ut.l.iam hoc iure de vulga. z pupilla .ff.de impu. z aliis sub.l.quamuis. Non enim debet vna dispositio iudicari difformiter cum potest vniformiter de fiat eiusdem uoluntatis diuisio ut.ff.de vsucap. l.eum qui edes incipit ergo oratio in alio ver.que se pro ea constituerunt zc. z tunc congruens est relatio soli ad bona ipsorum debitorum prout de precario z de alienandi potentia uerba dicti instrumenti cantant z sic singula singulis referendo bona resultat latinitas z congrue interpretatio z semper ita fieri debet relatio cum ad omnia non potest fieri nec quicquam in dispositione reperiatur prolatum superuacuum uel inutile. C.de fideicom.l.eam quam in glo. z.ff.de pac.l.qui in futurum.§.fi.in glo vlti eo ti. l.si fideiussoris ver.cum alio coniunctio zc.coniuncta glo. cum aliis simi. z hoc est uerisimile debitores uoluisse quia non est presumendum quod uoluerint consulere plus heredibus quam sibimet esset enim peccare contra ordinem caritatis que semper incipit a se ipsa. C.de seruit.l.preses C.de alien iu l.i. z.ij. z quia obligatio bonorum non est odiosa nec preiudicialis z quia ob hoc introductum est

quod extendatur ad futura licet sub cōmemoratione ver-
bi presentis facta fuerit. l. si C. que res pig. ob. pos. cōmu-
nia predi. l. in venditione ff. de verbo ob. l. in conuentio-
nibus ⁊ ubi oratio seu dispositionis verba sunt ambigua
eo quod volubilia sunt ad plures sensus vel propter vari-
as significationes dictionum vel propter diuersum modū
punctandi litteras ⁊ dictiones prout contingit. l. epistola
§. fi. ff. de pac. in ver. heres que incipit primo puncta cum
similibus ⁊ causa dotis est ut pro dotibus respondere de-
beamus sicut est in casu proposito ut in regula iuris in am-
biguis de regu. iur. ff. Non ob. l. veteribus quia in dotib⁹
non loquitur pro quibus multa specialia sunt inuenta ut
l. i. ff. solu. matri. qui ergo iudicare habet, videat quod ve-
risimilius est. Nam ut dixi non est verisimile quod volue-
rint obligare bona heredum ex quo obligauerunt here-
des ⁊ obligauerunt se ipsos ⁊ bona ipsorū ar. ff. de pac.
l. qui in futurum. §. si ex altera secundum vnam lec. bar. ⁊
facit illud generale inspicimus in obscuris ⁊c. ⁊ c. in ob-
scuris de regu. iur. li. vi. Et ita dico ⁊ consulo ego angel.
⁊c. MCCCC. februarij. secundum cursum perusij.

cccxcviij.

Arius Est termin⁹ ad probandum ⁊ probatum habendum. te-
stis iurauit. i. terminum sed non deposuit ta-
men pars semel iudicem interpellauit ut te-
stes examinaret ⁊ infra terminum iudex
autem protelauit. Queritur an hoc tendat in preiudi-
cium producentis. Secundo queritur quid si iudex de-
dit dilationem post dictum terminum ad faciendum ip-
sos testes examinari ⁊ examinati sunt non aliter cogni-
to de causa impedimenti nisi per proprium iuramentum
an dicta examinatio teneat. Secundo quid si pars pe-
tijt testes examinari sed noluerunt testificari ⁊ pars non
petijt eos cogi per iudicem an ei imputetur si in causa suc-
cubuit.

E primo Dicendum est quod non sufficit testes iu-
rasse infra terminum quoniam per testem
solum iurantem nihil probatur explicite de-
situr enim quid depositurus sit ⁊ illa ver-
ba ⁊ probatum habendum ad probationem explicitam
referuntur non autem ad confusum nullum sensum ha-
bentem. ff. de testa. tu. l. duo sunt titij. ff. de reb. dub. l. quo-
tiens idem sermo. ff. de verbo. obli. l. quotiens in stipula-
tionibus non enim potest dici facta probatio ex suo iura-
mento cum ex eius pronunciatione sola nihil appareat
quid quale quantum ve dicturus sit ut. l. stipulationū que-
dam certe cum principio. l. sequentis ff. de verbo. oblig.
⁊ quasi per totum illum titulum imputandum ergo est p-
ti que testes examinari non fecit ⁊ licet examinatio spe-
ctat ad iudicem ut l. si quando. C. de testi. eo quod testis
iudex debet intrare secretum tamen sollicitudo spectet ad
partem ut dicta l. si quando ⁊ ideo nisi fiat iudici protesta-
tio quod testes examinari faciat non presumitur stare per
officialem ut. l. i. C. de suscep. ⁊ arcbi. li. x. l. placuit. C. de
colla. fun. pa. Et ideo dixit bar. esse consilium quod pre-
stito iuramento incontinenti pars protestetur iudici quod
examinet dictos testes alias imputandum est negligentie
sue secundum arcbi. ⁊ Inno. in c. pia de excep. li. vi. bar.
in. l. damni §. sabini in fi. ff. de dam. infec. sufficit autem p-
testatio vnica ad constituendum protestatum in mora ⁊
ad excusandum omnem negligentiam protestantis C. de
euict. l. empti. actio. ⁊ l. si parentes ⁊ l. cum successores.
C. de acti. emp. l. i. in principio. C. de iure do. impet. l. fi.
C. de rer. ven. l. si fundus ⁊ ubicunq; inuenitur denuncia-
tionem combinari debere exemplum in petitione aposto-
lorum ⁊ in creditore volente vendere pignus cum inter
eum ⁊ venditorem pactum fuit appositum dicas esse spe-
ciale cum regulariter vna sola sufficiat. ff. de usur. l. mora
in principio in glo. parua que incipit dando dilationē que
valde notabilis est ad hoc quod etiam tenuit Bar. in l. si
ita quis §. seya cauit. ff. de verbo ob. hic autem facta fuit
ut reperitur in actis ⁊ ideo sufficit. Non enim par-
ti fuit necesse super hoc iudicem semper instare ut exa-
minatio predicta fieret ut expresse decidit glo. predicta.

Concludo igitur ex predictis per relationem predictā
ad preiudicium producentis non tenere. Super secun-
do dicendum est examinationem predictā quandocunq;
factā post terminū valere ⁊ tenere. Nā ⁊ absq; termi-
no probatio fieri potest non solum in ciuili imo ⁊ in cri-
minali iudicio. ff. de adulte. l. in crimine ⁊ ibi per Cy. ⁊
Bar. ⁊ licet dicta dilatio forsan non debuisset dari non
precedente alia cause cognitione quam iuramento ō quo-
plene per Cy. in l. i. C. de dilatio. tamen ex quo dicta di-
latio data fuit nec est reclamatum per partem aduersam
cuius consensus tacito dicitur dicta interlocutoria confir-
mata C. de appel. l. hq qui ad ciuilia imputet ergo sibi ad-
uersarius qui concessioni dilationis nō contradixit si sibi
dilatio displicebat dicta enim dilationis cōcessio etiam si
aduersarius contradixisset non est nulla sed iniqua ⁊ ideo
transiuit in rem iudicatam lapsu. x. dierum quantū ad par-
tem non quoad iudicem qui habuit potestatem reuocan-
di secūdum Bar. ⁊ alios. ff. de re iudi. l. i. quod iussit. Et
ideo concludendum est examinationem factam dicta dila-
tione pendente valere ⁊ tenere etiam si emanasset imo
ex ea parte quia nulla alia cause cognitio interuenit nisi so-
la sacramenti dilatio que in vsu quotidiano consistit s. al-
io non exquisito secunda dilatio concedatur a quo vsu
recedendum non est de quo in Specu. in ti. de dila. iuxta
finem. Et hoc seruant potissime canoniste ut habetur iij.
q. v. c. fi. de electio. c. quia propter § illud. Pro hoc facit
ff. de excusa. tuto. l. scire oportet. §. sufficit ⁊ ibi per Iaco.
de are. de re. mili. l. iij. § si ad diem per Inno. de testi. in c.
in causis ⁊ Specu. ubi supra. De tertio non expedit ad p̄-
sens disputari quia de hoc non queritur sed recurrere ad
Spec. in ti. de teste. §. qualiter ver. quid si quis petijt testes
⁊c. Nec etiam expedit disputari quando datur solum ter-
minus ad probandū uel ad testes producendos vt sussi-
ciat infra terminum illos iurasse de quo sunt opi. de qui-
bus per Specu. in d. § qualiter ver. his quoq; cui dat⁹ est
terminus cum additione parua Io. an. ⁊ fuit datus ho-
die terminus ad probandum ⁊ probatum habendum ⁊
cum addi. magna eiusdem Io. referentis opi. plurium
que incipit quod ibi dicit non terminat hunc casū Bal.
etiam precise tenuit. ff. de acquir. here. l. anuslius in prin.
quod ubi datur terminus ad probandum ⁊ probatū ha-
bendum non sufficit testes infra terminum iurasse. Et ita
dico ⁊ consulo ego Angelus ⁊c. Florentie. MCCCCXCVIII.
mensis Februarij.

In causa Vertente interim no-
bilē militem dominū
Franciscum liuroti de ferretis de anchona
accusatorem ⁊ Iānellum liparelli de castro
paterni comitatus anchone accusatū eo q̄
dictus iānellus scienter ⁊ dolose in anno domini. M.
cccxcviij de mense Martij dicti anni propria auctoritate
⁊ ausu temerario inuasit ⁊ turbauit ⁊ molestauit dictum
dominum franciscum de quadam petia terre vineate ⁊ ar-
borate tunc ⁊ nunc dicti domini francisci posita infra sua
latera spectante tunc ⁊ nunc ⁊ ante iur. domini. ⁊ pos-
sessionis videlicet dictus iānellus intrando in dicta petia
terre ⁊ in ea stando ⁊ morando ⁊ per eam ambulando
⁊ magistrum nicholam de senis habitatorem dicti castri
paterni soccidum ⁊ laboratorem dicti domini francisci di-
cte terre cum vinea ⁊ arboribus expulit de ea ⁊ ipsum la-
borare impediuit ⁊ eidem minatus fuit de offendendo si
inde non exiuisset ⁊ canas in dicta petia terre cum vitis
⁊ arboribus tunc existentibus deiecit ⁊ proiecit foras de
dicta petia terre cum vitis ⁊ arboribus ⁊ alias molestias
ibidem ⁊ in ea dicto magistro nichole intulit ⁊ fecit cō-
tra formam iuris statutorum ⁊ ordinamentorum cōmu-
nis anchone ⁊ contra voluntatem dicti domini francisci
⁊ dicti magistri nichole cōcludendo in dicto libello ⁊ quo-
libet predictorum condenari ⁊ puniri secundum formam
statutorum cōmunis anchone ac etiam condenari dictū
iannellum quod decetero non molestet nec turbet dictū
dominum franciscum in sua possessione ⁊ eidem perpe-
tuum silentium imponi non astringendo se ad omnia pre-
dicta probanda sed ad ea solum que sufficiant ad victoriā
sue cause. Visaq; dicta accusatione ⁊ eius tenore ⁊ vi-
sis exceptionibus productis per dictum iānellum ⁊ posi-
tionibus ⁊ articulis hincinde productis ⁊ visis dictis ⁊
attestationibus testium productorum hincinde ⁊ etiā in-
strumentis ad fortificationem iuris cuiuslibet litigantium
ac etiam statutis quibusdā mihi ostensis cōmunitatis an-
chone ⁊ omnibus ⁊ singulis actis ⁊ actitat. in dicta cau-

la pro

sa pro utraqz parte que quodammodo cuilibet consultori in-
tollerabilia sunt z melius esset in tanto turbine actorum
consulendo abstinere sed totum pondus relinqui iudici q̄
causa cognoscendi qui omnia debet diligenter fuisse per-
cunctatus z vitia z defectus utriusqz partis sibi fore pate
facta ex viue vocis oraculo advocatorum z procuratorum
tamen quantum in mente mea percepi precibus exoratus
ut in causa predicta consulerem quid mihi de iure videt.

Considero dictam causam dividendam per membra ut
sic ita divisa reduci possit ad consonantiam iucolentā. Et
primo considero accusationis predicte tenorem quia in ea
intentatur simul possessorium retinende z recuperande
si non fallor. Nam in ea proponitur dominum franciscum
turbatum z inquietatum z species turbationis exprimū-
tur turbationem necessario includentes de ui z ui ar. l. viz
facit ac etiam possessorium recuperande dum proponitur
magistrum nicolaum faccidum z laboratorem de dicta pos-
sessione fuisse expulsum quo expulso dominus franciscus
licet ignorans naturalem perdidit z ciuilem. ff. de acqui.
pos. l. peregre § quibus explicitis cum iuncta glo in verbo
fuisset z. C. eo. ti. l. fi. z ibi glo. z cy. hec autem iudicia cō-
tradictoria non compatiuntur adinuicem ergo libellus
ineptus. C. de fur. l. i. cum sua materia z hoc satis est no-
tum. Hoc tamen non obstante dico libellum procedere.
Nam ubi verba dicti libelli quantumcunqz dubia z ob-
scura possunt ad sensum sustentabilem trahi ut illum in-
terpretanda sunt. ff. de iudi. l. si quis intentione glo. ff. de
pac. l. veterib⁹ cy. in regula iuris in obscoris aso. in sūma
pandectarum de re. dub. constat autem eodem momento
ordine successiuo actum turbationis inferri potuisse z ēt
vim expulsiuam laboratore sed immediate antequā diuer-
teretur ad alia laboratorem expulsum reintrasse. expulsio
igitur habetur pro non expulsione nec deminū possessio
dicatur interrupta. ff. de ui z ui ar. l. iij. §. eum qui coniun-
cta glo. in verbo incontinenti eo. ti. l. qui possessionem vi
ceptam z hoc casu violentia expulsiua trahit se in inquie-
tationem ut dictis iur. coniuncta glo. i. z. ij. o. l. qui possessio-
nem. Cum igitur dictus dominus franciscus in tempore
accusationis proposite nedum tempore ui illate asserat se
possidere de presenti z possedisse in possessorio retinen-
de concludit z illam violentiam expulsiuam proturbati-
ua accepit z standum est in intentione sua quam si decla-
rauerit etiam in causa appellationis non puto temerariū.

Secundo considero quod pro ui turbatiua non est pro-
ditum iudicium criminale nisi iniuriarum ut. ff. de iniurijs
l. iniuriarum. §. si quis me uet. aut si quis reman. z c. Nec
ob. glo. ff. uti pos. l. si duo de oper. no. nū. l. prius sed ex for-
ma statuti anchose competit ius accusandi z certa pena
statuta est turbāti ita quod accusatio fundata est super mu-
nicipali censura secundum quam cumulari potest utrunqz
iudicium. s. criminale ad penam z ciuile ad impositionem
perpetui silentij z refectionis damnorum Et ideo ex hoc
non expedit disputari an pcedat talis libellus in quo utrū-
qz iudicium cumulatur licet sit dissensio de iure cōmuni
quam non intro sed remitto ad notata in. l. vna. C. quan-
do ci. acti. z. C. de eden. l. edita. ff. de fur. l. interdū § qui
furem. Tertio considero dictam turbationem fore pro-
batam per testes z etiam satis per confessionem accusati
cum confitetur actus licet ipse neget turbationem eo quod
se asserit iuste fecisse pro iure suo. Et ita dico z consulo
ego angelus z c ccccxix.

Trum Instrumentū debeat edi
tertie persone de qua nul-
la fit mentio in instrumento tamen dicit cō
pro suo interesse petijt sibi edi licet in pun-
cto declaretur a quo petatur editio. An a
notario qui fuit rogatus an a parte an ab alio. arbitror po-
tius reuocari primum an notarius qui fuit rogatus de in-
strumento teneatur ipsum instrumentum edere Et uide-
tur prima fronte quod sic quia uter est petentis propter
multa que solus inuestigator perpendere potest pro hac
parte facit. ff. de bo. aucto iudi. possiden. l. fina. z ibi per
bart. ff. ad. l. falci. l. maritus ubi creditoribus hereditarijs
debet fieri copia instrumentorum hereditariorum ne frau-
deretur ut l. facultas C. d iure fisci. li. x. ubi pcurator fisca-
lis postquam constat bona ad fiscum pertinere mittere po-
test pro omnibus notarijs ut copiam faciant omnium in-
strumentorum per que liquidari potest quantitas bonorū

probatur ff. de acquiren. here. l. aristo ubi z creditoribus
fit copia instrumentorum z heredi scripto cum delibera-
revult an uellit hereditatem adire. pro hoc l. argentarius
in princ. ff de eden. in glo. que dicit notarium cogi exhi-
bere rationes suas soluta competenti mercede cuius opi.
firmat Specu. z Jo an. post eum in additionibus suis in
ti. de instrumen. edic. § uidendum restat ver z no qd ta-
bellio. Pro hoc induco specialiter ff. quēadmo. testamē.
aperian. l. i. in glo. in ver. publicum. Pro hoc adduco ra-
tionem quia in hoc versatur utilitas publica ad preciden-
dum omnem materiam falsitatis. ergo quilibet cuius in-
terest ab ipso notario qui habet auctoritatē a publico pe-
tere potest ut sint sibi editio soluta competenti mercede. ff.
quemadmo testamen. aperian. l. vel negare z hoc mihi vi-
detur satis equum Sz iuris rigor pro certo repugnat no-
tarij enim z nūmularij similes sunt cum a publico aucto-
ritatem habeant z ad fidem eorum publice recurratur ut
no. glo in. d. l. argentarius sed nūmularij eorum rationes
edere non coguntur nisi illis solis ad quos pertinent ad
alios aut solos pertinent quibus mandantibus aut eorum
administratoribus sunt confecte ut l. siquis ex argētarijs
§ pertinere. ff. de eden eodem ergo modo z eadem ratio-
ne coguntur notarij exhibere hijs quorum interest si eis
mandantibus instrumenta sunt confecta z si non eis mā-
dantibus aut si eorum non interfit licet mandatum inter-
cesserit non debet fieri exhibitio secundū Jaco. bu. qui
hoc expresse tenet in. l. fi. C. de eden unde ibi dixit conclu-
dendo quod instrumentum liberationis quantumcunqz fa-
ctum creditore mandante non debet creditori restitui qz
non continet eius utilitatem sed solum rei liberate econ-
uerso instrumentum debiti soli creditori debet restitui nō
autem debitori cum eius utilitas ibi scripta non sit sed cre-
ditoris solius z hoc determinat glo. expresse. s. quod nota-
rius non tenetur edere instrumentum petenti nisi duob⁹
concurrentibus. s. quod suum interesse ibi contineatur z
quod eo mandante scriptum sit unde ubi continetur utili-
tas cōmunis ut patet in multis exemplis no. z positis p
Inno. in. c. i. d proba. utraqz partium debet restitui si mā-
datum eorum precessit z si dubitatur an contineatur pe-
tentis utilitas z pars dicit quod debet exhiberi ut uidea-
tur. tunc non debet exhiberi parti sed iudici ut in secreto
illud teneat z inspiciat extra de fide instrumen. c. contin-
git. Concludo igitur ex premissis copiam non esse dā-
dam per tabellionem ob solum interesse petentis quin-
imo nec ille qui liberauit aut eius heres copiam petere po-
test ut superius est expressum. Nō ob. iura in contrarium
allegata. s. l. ultima de bo. aucto. iudi. possiden. quia loqui-
tur in creditore misso in possessione bonorum debitoris
qui etiam instrumentorum debet habere copiam cum te-
neatur facere inuentarium cum succedat in locum debito-
ris unde fungitur eius iure ut in regula siquis in ius d re.
iur. li. vi. Et ideo si debitor non posset petere copiam in-
strumentorum quia forte sunt notarij z cōmandante scri-
pta non sunt nec etiam inuissus habeant nec habeāt plus
iuris quam debitor. Sed hoc fallit in fisco eius fauore
z sic intelligo. l. facultas de iure fis. li. x. Nō ob l. argen-
tarius z dictum Specu z Jo an fateor enim quod nota-
rius cogitur edere rogationes non tamen omnibus sed
mandantibus tantum z habentibus causam a mandante
z ita demum si in eis versetur utilitas ipsorum editionē
petentium. Non ob. l. maritus quia ibi non petebatur edi-
tio a notario sed ab aduersario ad replicationem actio-
nis fundandam contra reum qui instrumenta tenebat utrū
esset controuersia an esset locus falcidie. Non obst. l. ari-
sto. de iure deliberan. quia nec ibi a notario petebatur sed
si dicis imo a notario sicut creditoribus succurritur ita z
heredi liberare uolenti an hereditatem agnoscat z sic in-
strumenta creditoribus edantur z per consequens de ne-
cessitate a notario. Non n. est iste sensus illius legis sed
iste ver. quod sicut creditoribus succurritur ut faciant he-
redi statim tempus ad deliberandum sic succurritur here-
redi ut creditores instrumenta crediti exhibeant heredi.
z sic uoluit glo. ibi secundum unam lec. que est ipsa veri-
tas. Item non ob. l. aristo. de acqui. here quia ad eundem
ballum uadunt. s. quod heres deliberans creditoribus pe-
tit copiam instrumentorum crediti eorum z aliorum instru-
mentorum hereditatis ut deliberare possit an uelit esse he-
res. Et hec uera in instrumentis secus in actis forensibus

que fuerint coram iudice siue sint iurisditionis voluntarie
siue contentiose per ea que notat Inno. in c.i de proba.
z bar in l.i.§ editiones z.ff de eden. z.l in fraudez.§.f.
ff. de iure fis. z guil de cu. in l fi. C. de eden adde quod
not per bar. in l i.ff queadmodum testa aperian. Nunc e
expeditus latissime iste punctus super quo plures dubitas
ni limitans omnia predicta nisi consuetudo aliter dispone
ret quia tunc seruanda est ut l.i. z.ij C que sit longa con
suetudo. Et ita dico z co͂sulo ego ang z c. cccc.

Testator Sua propria manu scri
psit testamentuz in qui
busdam folijs deinde apparet dedisse nota
rio in quibus folijs ipse notarius scripsit in
fine. Anno domini indictione z diem z ac
tum in sancto miniate presentibus tali z tali in sufficienti
numero testibus z c. iste notarius mortuus est nec scripsit
in imbreuiaturis suis hoc testamentum. Sed solum extat
dictum testamentum manu dicti testatoris in predictis fo
lijs. Modo queritur an dictum testamentum ita z tali
ter repertum ualeat necne z cuius dicatur imbreuiatura
an notarij an testatoris defuncti z an habeat facere quod
non teneat eo quia manu dicti notarij defuncti non appa
ret quod ipse notarius fuerit de testamento rogatus neqz
testes fuisse rogatos. Et utrum habeat locum quo ad om
nia legata facta in dicto testamento uel saltim ad pias cau
sas uiuente unico teste tantum z an alius notarius cui co͂
mitteretur posset exemplare z publicare de iure necne.

In dicto themate plures q. resul
tant. Primo an dicta
scriptura scripta manu dicti testatoris sub
scripti in qua apparent descripta dicta uer
ba notarij videlicet actum in domo dicti te
statoris in co͂tracta podij presentibus prospero sed becij
lazaro iunici neapolione iunci francisco duci petro belo
zij cucinatio manucij z bartholameo iunici de sancto mi
nate testibus dicatur esse z sit prothocolum aut imbreuia
tura notarij. Secundo si intelligatur prothocolum aut
imbreuiatura notarij non dico rogato an ex quo dictus
notarius non attestatur se fuisse rogatum ualeat dictum
prothocolum seu imbreuiatura. Tertio an posito quod
ualeat ut prothocolum non obstante quod notarius non
attestatur se fuisse rogatum tamen ex alio capite sit nulluz
quia non apparet testes fuisse rogatos ad ipsum testamen
tum. Super primo prima fronte uidetur dicendum quod
sic quia tantum operatur subscriptio facta scripture alteri⁹
quantum operatur scriptura confecta manu propria in to
tum. ff. de fal. l diuus §. scribe aute͂ z.§. item senatus uer.
si tamen accedat z. ff de uer obli. l. si ita stipulatus § gri
sogonus z. ff. quod iussu. l. i. § si serui. z de pigno l. fide
iussor. §. pater. Contrarium est uerum in multis enim
differunt ut ostendam. Nam scriptorz per se nemo igno
rantiam pretendit. C. de contrahen. z co͂mit stipu. l ma
gnam. nemo scribit aut dicit quod nouit de suppel lega. l.
labeo. § tubero. C de iure emphi l. ij § si cum lite co͂cor.

Sed eorum que scripta sunt quibus quis se subscripsit
licite z iuste pretendere potest ignorantiam si uero probe
tur ipsum primo scriptorum notitiam percepisse ut. C de
rebus alie. non alie. l. distrahente. C. plus ualere quod agi
tur in si. potest enim quis se subscribere alterius scripture
z eius nullam habere notitiam ut contingit cum testame͂
tum in scriptis conficitur quia eorum que scripta sunt in
tus testes subscribentes nullam habent notitiam ut. C. de
testa. l. hac consultissima z. l. i. eo. ti. ff. quemadmodum te
sta. aperian l. si quis ex signatoribus. quinimo uiolenter co͂
suetudo quod cedulis uacuis multi se subscribunt ignora͂
tes qualiter aut quomodo debeat denigrari papirus ut. d.
l. distrahente per Inno plene in. c. ij. de fid. instru in glo.
magna uer. de his igitur quos constat. Non est igitur par
noticia subscribentium z scribentium confirmat autem
hoc quia subscriptio ad multos effectus est ordinata fit
enim quandoqz in signum consensus scribentis ut. ff. de pi
g no. acti l. gaius z. d. l. fi. C. plus ua. quod agitur z. de a͂. l.
fideiussor § pater xij. q. ij. c. sine exceptione z de procura.
c. i. quandoqz fit in signum testimonij ut. d. l. gaius z. d l. si
quis ex signatoribus z dicta l hac consultissima Quan
doqz fit in signum prestatione auctoritatis. xij. q. ij c. cuz re
demptione sacrorum. Qua͂doqz in signum confirmandis
ut. d l. si quis per calumniam. C. de epis. z clericis potest

etiam ex alijs causis fieri subscriptio ut in signum iussus
z mandati ut d §. si serui z etiaz ex alijs causis prout sub
scribenti placuerit secu͂dum Innocc. in. d. c preallegato.

Scriptura autem propria rem in ea descriptam enar
rat dispositiue uel non denunciatiue ut eius imago demo͂
strat. ff deposi. l. publia C. de pba l. non nudis z. l. no͂ epi
stolis z. l. neqz natales z. l. istrumeta demostica nec opor
tet nos in uanum requirere ad quid uel propter quid ema
nauit subscriptio cum potuerit ex uarijs causis adhiberi
ut superius est ostensum. Nunc ad propositum dicta
verba notarij actum z c sunt uerba enunciatiua ipsi⁹ ema
nare potuerunt ad testimonium. s. quod eo presente hec
acta fuerunt z ipsa scriptura scripta fuit per ipsum defun
ctum z iste est congruus intellectus hoc autem testimo
nium nullius est momenti. Primo quia extraiudiciale
z minus solenniter prestitum. Secundo parte absente d
cuius preiudicio tractatur. Tertio quia non in figura iu
dicij. Quarto quia est testimoniu͂ unius soli⁹. Quin
to qz sine iuramento que omnia sunt necessaria ad essen
tiam testimonij ut. l. testium. C. de testi. z. l. iurisiurandi z
in cle testibus de testi. Item potuerunt emanare in si
gnum co͂sensus z in signum auctoritatis aut per alia que
dam absqz eo quod interpretemur illa uerba scripta fore
per illu͂ quasi de ipsis fuerit rogatus. Et ideo talia ver
ba enunciatiuo modo prolata non faciunt dictam scriptu
ram publicam nec autenticam nec ei ut prothocollo aut li
bro rogationum fidem adhiberi debere rogationes aute͂
notarij sunt ille que eius manu propria scripta sunt. Si
militer prothocolla notarij sunt prime scripture quas ibre
uiaturas appellamus similiter scripte manu notarij z ad
eas recurritur si de fide instrumentorz postea dubitatur
in corpo de tabel. §. fi. in uerbo prothocollum nec dz aut
possunt tales imbreuiature fieri per alium. Sed notarius
met debet eas conficere per seipsum z postqz confecerit
si impeditur scribere aut ad scribendu͂ uacare non uult po
test alteri suas imbreuiaturas iam sua manu scriptas ma͂
dare ut reducantur in membranis aut papiro z ipse post
modum potest subscribere asserendo se de omnibus pri
mo scriptis fuisse rogatum z tamen tantum operatur di
cta subscriptio quantum operatur scriptura tota manu p
pria tabellionis conscripta ut probatur in corpo. d instru
cau. z fide. §. sed instrumenta ver. in hijs vero que confi
ciuntur coniuncta glo. que incipit. s. tantum documentum
quinimo z si dicamus quod etiam s prin. cum notari⁹ d
instrumento rogatur sufficit quod alius scribat contrahe͂
tium seu disponentium uerba z deinde postea se subscri
bat z approbet tamen necesse est quod isto mandato ille
primitus scribat uerba contrahentium seu disponentium
ut. d. ver. in hijs ibi sed per alium ministrum z sibi prima
tamen opi. tutior est ut ipsum prothocolluz ipsaqz erroga
tio persona seu imbreuiatura semper scribi debeat manu
notarij ut si aliqua dubitatio orta fuerit super falsitate ei⁹
possit veritas z falsitas conuinci facilius quam si manu
aliena conscripta esset ut patet aperte in. d. §. fi. in corp.
de tabel. Illa ergo uerba notarij actum z c hoc soloz im
portant quod notarius attestatur illam scripturam manu
testatoris conscriptam z seu confectam scriptam fuisse p
eundem testatorem presentibus dictis testibus aliud aute
non importat necessario. vnde non probatur cum proba
tio debeat esse necessario concludens de proba. c in p̄sen
tia z. C. vnde legi l. non ob hoc z. l. non epistolis z. l.
neqz natales. C de proba. licet autem imago scripture p
baretur sufficienter z ad plenum ex assertione dicti nota
rij quod tamen est falsum ut superius est ostensum nil ta
men ad propositum propter plura. Primo quia nota
rius non attestatur dictam scripturam fuisse testibus lecta͂
z recitatam ut sic in eorum noticiam fuerit plenarie dedu
cta vnde licet mille probaretur eam coram testibus fui
se confectam tamen ex quo non apparet recitatio z lectio
nullum effectum dicta scriptura so. tiretur ut. ff. de lega. ij.
lib. xi. §. vbi est casus singularis z ibi per Dy. z Barto.

Secu͂do quia dicta subscriptio notarij generalis est q
apparet quia ad multos sensus z ad multa significata tra
hi potest propter eius pregnantiam ut superius est osten
sum. Constat autem quod cum notarius scribit z redigit
totum in mundum sed alius scribit ipse autem se subscri
bit sua subscriptio debet esse singularis z specifica nulla
ambiguitati supposita per quod uel ad quid facta fuerit ut

d. §. per

dicto. § item senatus ubi hoc bar expresse decidit. Cum igitur per dictam subscriptionem non appareat an ipse fuerit rogatus dico dictam subscriptionem nil aliud operari nisi testimonium quodam simplex & inutile quod idem notarius attestatur dictam scripturam confectam coram testibus predictis & ponsiume cum etiam si omnia sua manu scripta essent non presumeretur rogatus cum hec solemnitas sit extrinseca. licet glo. in cor. de tabel. dicat oppositum & non bene ut plene refert bar. ff. de uerbo. obli. l. sciendum. Concludo igitur ex premissis dictam scripturam alio non ostenso neque probato non facere ullam fidem de teste predicto & per consequens ipsum defunctum decessisse penitus intestatum. Non ob. commissio facta notario ut illam scripturam in mundum redigeret quia illa commissio fundata fuit nulla etiam attenta forma statuti. statutum enim uult etiam rogationes & prothocolla & imbreuiaturas notariorum mortuorum alijs posse committi de intelligitur de ualidis. l. iij § condemnatum de re iudi. & de illis que ipsorum notariorum apparent sed dicta imbreuiatura seu cartula non est notarij immo scriptoris ut insti. de rerum diuisio § litere per Barto. in prohemio C. & ff. de operis no. nuncia l. i. per eundem. Item non est ualida quia non apparet recitata uel lecta coram testibus. Item non fuit specialis sed generalis subscriptio ut dixi & sic dicta subscriptio propter tria viribus enacuatur.

Non ob quod tantum operatur subscriptio quantum tota scriptura eiusdem manu completa. nego in hoc ubi reperitur scripta manu propria quia tunc non idem representat subscriptio nisi per fictionem & sic improprie ut dicto § scribe & d. § item senatus. item ubi non requiritur manus propria ad hoc non importat idem nisi ubi est ita specialis & clara quod dubitari non potest propter quod nota sub scriptio fuerit facta quod in themate nostro non est ut superius est ostensum. Et ideo concludo dictam cedulam nullius fore momenti nisi de ueritate contentorum in ea fides fiat plenaria per testes aut alias probationes legitimas iuxta exigentiam iuris communis uel statutorum si de hac materia loqueretur. Ex premissis ita sub compendio dictis ad omnia quesita resultantia ex themate predicto apparet clare fore responsum. Et ita dico & consulo ego angelus &c.

Super puncto suprascripto pondero quod multa concurrunt que faciunt presumi dictum notarium defunctum fuisse rogatum. Primum uidelicet quod testator scripsit in quibusdam folijs suam uoluntatem quod per se solum nihil ualeret sed secundum quod presumitur dictus testator dedit dicta folia dicto notario defuncto. & quod in fine dictorum foliorum dictus notarius scripsit annos domini inditionem & diem & locum dicens actum in sancto miniate & etiam locum loci quia in domo dicti testatoris. & de presentia testium talis usque ad numerum. vij. ut supra uariatur & sic apparent manu dicti notarij illa que faciunt requiruntur ad publicum instrumentum ut auten de fide instrumento. in princi § i. & licet tenorem non scripserit. non scripserit notarius sua manu inter imbreuiaturas suas tamen inter imbreuiaturas dicti notarij est reperta dicta scriptura manu dicti testatoris in folijs predictis in quorum fine est scriptum manu dicti notarij &c. Ex quibus omnibus simul concurrentibus concludo in casu proposito quod presumatur dictum notarium fuisse rogatum pro hac parte accedunt glo. § nos autem in auten. de tabel & sequaces sui & Iac. de bel. in aute quo modo opor epi § & sic etiam specu. in ti. de instru edic. § i. uer. & nota quod tabellio. & in § postquam uer item nunquid est necessarius quod tamen communiter non teneretur ut plene no bar de uerbo. obli l. sciendum facit etiam ad predicta auten ad hec. C. de fide instru. & in cor. unde sumitur & in l. si librarius de reg. iur. & quod ibi no. & in l si filius. C. de peti here & quod no bar in dicta l. sciendum. Et sic concludo testamentum ualere & inter imbreuiaturas ipsius notarij esse dictam scripturam foliorum de qua supra licet tenor uoluntatis non sit scriptus manu notarij non autem dicatur imbreuiatura testatoris quia nec ullo modo dici posset sumendo imbreuiaturam prout sumitur iura. Super alio quero si testator dixit quod si ultimus qui remaneret ex filijs esset maior. xiiij annis seu esset. xx. annis & moreretur sine descendentibus testari possit usque ad meam libram. Aut si ultimus filius testatoris qui nullum haberet filium concessit. xxx annos possit libere de bonis patris sui testatoris disponere omnino effectu dicte tacite prohibitionis si penderentur uerba & mens testatoris ipse locutus fuit de maiore. xiiij. annis qui minor masculus non posset de iure communi testari ut l. si queramus & l. qua etate. ff. de testamen. & si uoluisset simpliciter ligare manus dicto ultimo filio non expediebat quod plus diceret. Sed ipse addidit seu esset etatis. xx. annorum & cum supra dixerit maior. xiiij. annis non dixit maior. xx. annis sed dixit seu esset etatis annorum. xx. quod significat eos completos ut l. si cum in princi. de lega. i. Testator ergo uoluit in effectu ex uero & sano intellectu & ut verba suprascripta ab eo prolata aliquid operentur ligare manus predicto filio solum maiori. xiiij. annis & qui nundum complesset. xx. annum uel etiam complesset sed non excessisset & ultra non uoluit ligare alias essent superflue & inepte prolata dicta uerba contra. l. si quando in prin. de lega. i. & ff. ad manicipales l. i. in fi. Concludo igitur dictum filium testatoris de quo queritur non includi in tacita prohibitione predicta & sic posse de omnibus libere testari. Et ita dico & consulo ego Angelus de perusio legum doctor &c.

cccci.

Petruspaulus Et presbyter ioannes fuerunt fratres ex paulo extant duo filij videlicet Iacobus & Andreas & ex dicto presbytero ioannes extat spurius etatis annorum xv. & ultra uocatus antonius legitimatus post mortem predicti sui patris iacobus suprascriptus interfecit presbyterum ioannem predictum & positus fuit in banno capitis Andreas & quidam alius agnatus reddiderunt sibi pacem de dicto homicidio post legitimationem predictam. Queritur an dicta pax reddita per supradictos prosit d. Iacobo. Uiso statuto disponente quod ille rebanniatur & cancelletur qui habuerit pacem a filio offensi si extat uel eo non existente ab agnatis &c. quod reddere pacem pertineat ad Antonium & non sufficiat pax aliorum consanguineorum probatur principaliter ex duobus. Primo ratione materie de qua tractatur in qua filius quantumcunque spurius non excluditur. Secundo per legitimationem factam de dicto Antonio. Quod primum questio ista est antiqua & per multos tractata an appellatione filiorum comprehendantur spurij & an filius dicatur de domo uel consortaria de qua tractatus Specu. in ti. de locat. § nunc aliqua ver. lxvij. Cy. in l. quisquis. C. ad l. iuliam maiesta. in iij. q. nouissime de ipsa scripsit d. Bar in l. pronunciatio de verbo. signi. ubi tenet quod quando lex uel alia dispositio loquitur per uerba naturalia puta filius uel frater tunc comprehenditur etiam spurius secus si per uerba ciuilia puta agnatio ista probantur per tex. ll. in d. l. pronunciatio & l. tutelas de capi. dimi. & per l. hos accusare. § i de accusa. & per alia iura sed in casu nostro res est magis clara quia nedum loquitur statutum per uerba naturalia sed etiam loquitur in materia naturali uel ciuili videlicet in actu vindicte & pacis que a natura procedunt ut l. i. ff. de pac. & l. ij. ff. de accusa. unde comprehenditur spurius ut l. parentes & l. quicquam ad finem. ff. de inius uocan. & pro hoc videtur tex. in l. ij ff de libe causa contuncta l. i. & ij. eod. ti. hoc etiam tenet Bar. in l. ex facto. § si quis rogatus ff. ad trebel. & in l tutelas de cap dimi. idem etiam tenuit ff de accusa l. ij. & in l. hos accusare. § omnibus idem tenuit Cy. ff de inius voc. l. parentes in suis additionibus istud etiam videtur sentire licet non ita clare Guil. de cu in d. l parentes hanc distinctionem sapiunt uerba Hostien. in summa de consangui. & affini. § & unde dicatur in princ. & ver. videtur ergo hoc corroboratur ex communi usu loquendi qui habet hoc in italia quod appellatione filiorum comprehenduntur etiam bastardi & spurij. Qui communis usus debet attendi. l. cum delationis. § a sententia de fide instrumen. & l. labeo de suppe. lega. cum simili. Item corroboratur ex consuetudine quam de facto vidimus vigere in italia quod fuerit vindicte per consortes etiam bastardus que mutuum in hoc est attendenda. Et pro hoc facit quod no. Cy. in l. unica. C. de rap. vir. ad quemlibet. Namque qui descendit ex sanguine masculino offensi pertinet facere vindictam & leuare faidam i. iniuriam offensi vel facere pacem seu compositionem saluo quam ad se

i

minam in x col de his qui fen da. pos.c i.§ penul. z q
filius spurius ad vindictam admittatur tenet etiaz Bar.
in l cum seruus.C.de agrico. z censi li.xi.super uer illo
rum enim pato. Quo ad illum primum passum uidet cla
re spurium contineri in appellatione filiorum in dispositi
tione dicti statuti quia dictum statutum in dispositione pa
cis habuit respectum ad sanguinem non ad ius potesta
tis. Ideo etiam spurij hoc ius z hoc nomen participant
secundum enim ius naturale z sanguinis non distinguun
tur persone per legitimationem z non est nisi una com u
nis generatio in auten.qui mo na effi.sui § nam si quidē
z.§ hem z ideo ubi considerantur ius sanguinis ut est in
proposito censetur etiam filius genitus ex quocunqz cop
tu ff.de ritu nup.l adoptiuus § seruiles Et ad hoc opti
me facit quod no Bart in.l ij.ff.de accusa. z plene etiam
scripsit in l.fi de uerbo.signi Quoad secundū dico quod
legitimatio facta de dicto antonio operatur q ad ipsum p
tineat pacem reddere non ad alios consortes. Nam per
legitimationem filius spurius restituitur natalibus z pe
rinde est ac si legitimus natus esset.ff de nata resti.l.inter
dum z l fi. z per talem legitimationem dicitur statutum
legitiman cōfirmari non de nouo fieri ff de ri nup.l qua
in prouincia §.diuus. vnde legitimatio retrotrahitur sicut
retro dicitur in ciuitate fuisse qui ab hostibus redit per fi
ctionem postliminij ut.ff de captiu.l.retro z quod retrotra
hitur dicunt uerba priuilegij imperialis. Sed filius qui re
diret ab hostibus reponeretur in omne ius filiationis nō
obstantibus quibuscunqz alijs agnatis ut ff.de bo.liber.l.
si necesse.§ 1. z de condi. z demon.l intercidit. Sic ergo
est iste filius legitimatus. preterea de hoc est tex. apertus
in auten.qui.mo.na.effi.sui §.reliqui ubi semel enim eos
efficientes legitimos damus eis etiam successiones illas
quas habent hij qui ab initio legitimi sunt z ē ut in.§.illō
z.§.si quis ad vnum quod posset in contrarium obici vi
delicet quod dicta legitimatio fuit facta post mortem pa
tris vnde non uidet preiudicare agnatis quibus iam erat
ius quesitum tempore mortis patris antonij eorum agna
ti sicut non preiudicaret restitutio ut l.gallus.§. z quid si
tantum z quod ibi no.per glo. z doc. z maxime Barto.
Responsio multis modis patet z primo quod illud dictū
quod restitutio non operetur contra ius alteri quesitum
non debet simpliciter z indistincte intelligi sed cum di
stinctione. Nam dico quod restitutio z legitimatio ope
rantur etiam in iure alteri quesito quo quis fuit priuatus
ex immediata causa z solum a lege absqz aliquo alio fa
cto.casus est in.l ultima.C.de sen pal.ubi deportatus re
stitutus recuperat patriam potestatem z dominium reruz
suarum licet iam alteri.s.filio essent acquisita sed bene est
uerum q circa illa que perdidit non solum immediata cau
sa legis sed alia causa z noua concessione non operatur
ut l.ij.ff de decurio. z l.fi.C de re.here. z in hoc casu lo
quitur.c quāuis extra de rescriptis alio modo respondeo
quod cum nos tractemus de accusa.qui non sumit effe
ctum a die mortis testatoris sed a die pacis reddire legi
timatio prodest filio istud probatur per.l si quis filio ex
heredato § i de iniusto testamento z per.l.prima §.scien
dum de suis z legi. z institu.de heredi.ab intestato.§.ita
demum z de legi agna suc.§ proximus cum simili pro
batur etiam per dicta l.ij de decurio ubi decurio motus
ab ordine postea restitutus recuperat locum suum quan
tumcunque ius esset alteri delatum ex causa immediata si
locus non inuenitur plenus per concessionem factam al
teri. Sed si reperitur plenus non recuperat ita z in casu
proposito si pax esset facta ante legitimationem valeret
nec legitimatio superueniens eam impediret. Sed ex quo
superueniet legitima ante factam pacem z sic re integra
habet impedire propter ius filio superueniens z hoc re
integra accedat ad predicta theorica que habetur ff.de
seruitu l.pro parte Alio modo respondeo quia cause dis
positio statutaria sit conditionalis uidelicet quod ille re
banniatur z canzelletur qui habuerit pacem a filio of
fensi uel eo non existente ab agnat o z cetera considera
mus habilitatem z inhabilitatem persone solum tempo
re conditionis existentis idest quando fit pax si filius sit
effectus habilis requiritur q pax habeatur ab ipso z sic
habeatur ab alio z non ab ipso non sufficit. Et vide ad
predicta quod nota. Barto.in simili in.l.prima.C.de sen.
passis.

In questione

predicta ita profunde subtiliter z pulchre extitit allegatum per pre-
dictum virum valentissimum d benedictū
de plombino sic per quencunqz cuiuscunqz
altissimi ingenij allegari posset z si dicta legitimatio tene
ret de iure in eius sententiam inclinarem licet adhuc ini
quitas quedam posset insurgere s quod spurius supradi
ctus facere posset pacez de morte patris occisi contradicē
tibus forsitan omnibus agnatis interfecti corruptus forsi
tan pecunia z non erubescens cōmodum pecuniarium p
ponere honori suo ff si quis omissa causa te.l.penult per
Cy C de postu.l.si qui.licet autem hec absurditas z ini
quitas contingere posset non tamen est verisimilis z de
raro contingentibus est cum crudelis sit qui negligit fa
mam suam qua perdita uel nimium aggrauata quis mor
tuo comperatur.ff quod metus cau l isti quidem z ō ma
nu.vindic l iusta vnde non est hic casus considerandus ō
verbo.obliga.l inter stipulan.§ sacram z de.li.l.nam de
ea quoniam z idem contingere posset in legitimo z na
turali qui esset prodigus sue fame. z tamen si contigeret
tolleranda esset pax qz sic statutū disposuit.ff qui z a qui.
l prospexit z de consti.prin.l.vnica Sed legitimatio p̄di
cta nō tenet propter duo. Primo quia non fuerunt ci
tati illi ex legitimatione ledi possent.possunt eīz ledi agna
ti tanquam propter successionis potentiam que aufetur
eisdem quam etiam propter potestatem pacis reddende
que similiter auferetur illis in horum enim preiudicium nō
potuit comes palatinus p̄iudicare ipsis in equisitis ō na
ta restitu.l.fi.facit de adoptio.l.nam ita diuus z hoc te
net Bar.expresse in l gallus.§. z quid si tantum licet lex
posset z princeps ex plenitudine potestatis quia tunc di
pensatiue agit cum illegitimo ad quam dispensationez nul
lus citandus est secūdum Inno. z Io an.de renuncia
tione.c.nisi cum pridem. Secundo non ualeat dicta le
gitimatio qz dictus presbyter ioānes erat sacerdos z sic
dictus antonius erat spurius z ex damnato coitu z repro
batissimo procreatus hoc autem assertum non fuit com
ti gratiam facienti per rescriptum suum z sic rescriptum
tanquam obrepticium nullius erit momenti tacuit enim
impetrans gratiam qualitatem natiuitatis qualis erat z
adeo z omnibus exossa z reprobata quod forsitan rescri
pti gratiam non fecisset. vnde dictum rescriptum iuribus
vacuatur extra de rescrip.c. super literis.C.si contra ius
uel vtili publi.l.prescriptione z ibi per Cy.beneficia n.
z priuilegia obrepta per falsi suggestionez aut veri sup
pressionem sunt nulla supprimitur autem ueritas cum im
petrantis conditio tacetur z natiuitatis qualitas.ff.de na
ta resti l.i.facit optime.ff.de re iudi.l.quidam consulebāt
z quod ibi no. Bar est autem subrepta z suppressa veri
tas vbicunqz per taciturnitatem rescriptum effugit plenā
intelligentiam concedentis gratiam secūdum Innoc.de
rescrip.c cum dilecta. Viso igitur z discusso de iurib'
legitimationis vedeā.restat an dicto spurio competat po
testas faciendi pacem z hic multa allegantur quod sic ut
patet in consilio supradicto intercetera autem fundamen
ta auctoritas Bar est in campo qui expresse decidit spu
rium sacerdotis habere ius vindicande necis paterne ut
ipse decidit in.l.ij ff.de accusa.fundat se propter duo Pri
mo quia quo ad matrimonium spurius dicitur consangui
neus ff de gradi l non facile § affines Secundo quia fi
lius est uocabuluz naturale z cum lex vtitur uocabulo na
turali non attenditur dispositio iuris ciuilis ff de capi t li
minu l.tutellas z quia iure antiquo omnes homines li
beri z legitimi nascebantur in corpo.quibus modis na
tura.efficiun.sui.§. z licet vnde dispositio ad filios rela
ta comprehendit etiam spurios Pro hoc etiaz dicit esse
casum in l hos accusare § fi de accu licet illam non alle
get in d.l ij ubi pena parricidij locum hz in seruo occidente
patrem qui tantum filius est inspecta solum naturalitate
z multum tremens audeo contrarium dicere propter au
ctoritatem tanti uiri qui fuit iuris ciuilis speculum ac lu
cerna ac etiam preceptor z dominus meus tamen reue
rentia sue delato oppositum credo z dico quod est casus
in.d § si quem ipse allegat pro se z loquitur inquantū bar.
intelligeret dispositionem statutariam de filio loquentem
comprehendere spurium z hoc probatur quia lex pom
peia de parricidijs loquitur z utitur verbo naturali z ta
men scōm

men secundum verba non comprehenditur servus qui spu
rius est tex. est ibi sed licet non comprehendatur sub ver-
bis tamen quia natura communis est z quis in servum
animadvertatur ut in liberum ex verbis igitur legis pom-
peie non animadvertitur nec spurius continetur sed con-
tinetur solum secundum naturam ideo lex nova hanc so-
lam consuetudinem respiciens prodoxit z traxit senten-
tiam legis pompeie ad servos cum igitur statuta recipi-
ant interpretationem extensivam ut. l. non constitutioni-
bus ad municipales cum aliis iuribus vulgaribus z se-
cundum verba non comprehendatur spurius ut est di-
ctum ergo non competit dicto spurio potestas faciende
pacis vel denegande ut filio quoniam non est nominan-
dus filius ut infra patebit illam autem extensionem fecit
legislator causa iniquitatis vitande preterea quod hec do
ctrina non sit bona scilicet quod appellatio filij contineat
spurium ex eo quia lex utitur vocabulo naturali patet cla
re quia educatio filiorum est de iure naturali quod eque
omnia animalia docuit ut instit. de iure naturali in prin-
cipio. Et tamen ad hanc educationem non tenentur pa-
rentes de iure civili eo quod non sunt filij nominandi ut in
auten. licet. C. de naturali. liber. in fine z in autenti. ex cō
plexu. C. de incest. nupt. quamvis de iure canonico eis re
linqui possit quantum ad alimenta sufficiat ut in. c. cum
haberet extra de eo qui duxit in matrimonium quam pol.
per adulte. Et quod non contineantur spurij Innocen. te
net expresse in. c. nonnulli de rescriptis licet Barto dicat
quod nil ipse determinat. Sed falsum est quod immo ip-
se expresse decidit naturales contineri appellatione filio-
rum spurios autem nullo modo habet ergo spurius si fi-
lius secundum naturam quia genitus est ut dicta autenti.
licet z auten ex complexu z. l. spurius unde cognati. C.
ad officia. l. si qua illustris tamen dispositio iuris civilis
aut statuti loquens de filijs non comprehendit servum se
cundum significatum proprium z strictum etiam in ma-
teria naturali nisi quatenus per l. aliam extendantur ut di
cta. l. hos accusare. §. fina. quoniam erit non convenit fini-
ri diffinitio ut l. filium diffinimus. ff. de his qui sunt sui vel
alien. iur. quia tantum odiosi sunt quod lex filios noluit
eos nominari. Si ergo non sunt nominandi filij constat
quod dictum vocabulum quantumcunque sit vocabulum
naturale tamen spurium non significat z verba statuti
sunt intelligenda secundum proprium z strictum signifi-
catum suum non secundum improprium de verborum ob
ligatio. l. quicquid astringende z. l. prima §. si quis navem
de exercito. C. de verborum significa. l. eum qui vectigal.
Nec ob. quod quo ad matrimonium contrahendum
spurius dicitur coniunctus quia matrimonium est quid
spirituale in quo periculum anime versatur z ne pudici-
tia honestatis publice que honestatis pudicitia tolleretur
sed spurius quoad matrimonium non esset coniunctus
alias detestabile sequeretur quod spurius matrem suam
in uxorem posset accipere z filia spuria nubere posset pa
tri z sic in nullo differret a bruto. Unde concludo quod
dispositio statutaria de filio loquens etiam in materia fa-
vorabili non comprehendit secundum verba spurij qui
beneficio est indignus z gratijs z honoribus nisi in sub
sidium ut. l. generaliter §. spurios de decurio. repelluntur
etiam ab ordinibus nec assumuntur ad ecclesie prelatu-
ram aut aliam ecclesiasticam dignitatem c. l. de fi. presbi.
z ibi per Innocen. z Ioan. and nec etiam in materia
odiosa ideo irrationabili ut. l. quisquis. C. ad l. iuliam ma
iesta. z ibi per Cy. nec etiam odio rationabili ut dicta. l.
hos accusare. §. fina. nisi quatenus dicta dispositio per. l.
aliam extenditur ut ibi vel nisi resultaret iniquitas aut
morum corruptio z fedatio pudicitie publice honesta-
tis ut dicta l. non facile z pro ista parte quod non conti-
neantur spurij faciunt iura z. ll. optime allegate per di-
ctum dominum benedictum predictum egregium legum
doctorem mihi filium z fratrem carissimum in auten quib.
mod. natura efficiuntur sui. § fina. extra qui fi. sint legi. c.
per venerabilem ad fi. z quod no. per guil. in l. liberos. ff. de
senato. z videtur glo. or. de tutis voc. l. queque §. parentes
que incipit z de facto tamen z glo. Io an. in. c. licet de lo
ca- z videtur casus ff. de ritu nuptia l. lege iulia. §. i. versi.
tamen iniustum patrem. Nec ob. quod statutum loquens in
genere debet intelligi in qualibet sui specie. z ideo cum sta

tutum loquatur de filio comprehendit omnem speciem fi
liorum que quadruplex est ut no. glo. instit. de adopt. in
principio extra qui filij sint legitimi c. tanta. Nego enim
consequentiam quia huic comprehensioni lex contradicit
expresse ex quo non vult filium nominari. Et si diceres fi
lius est concedo non tamen simpliciter sed secundum unā
considerationem tantum scilicet secundum consideratio-
nem nature que non attenditur in dispositione civili. Nō
obst. quod verba statuti sunt intelligenda secundum cō-
munem z vulgarem usum loquendi de verbo. signi l. an-
niculus z de testamen. tut. l. quid si nepotes no. Barto.
de operis novi. nuncia. super rubrica z de suppelec. lega.
l. quod labeo. Et secundum communem z vulgarem usum
loquendi spurios filios appellamus. Non enim hunc esse
dicimus communem usum loquendi quod spurij appellan
tur filij nisi cum additione spurietatis unde bene dicimus
talis est filius spurius vel bastardus talis. Sed cum de le
gitimo loquimur ad aliquem finem filium alicuius sim-
pliciter appellamus. Nec obst. quod filij spurij secundum
mores nostros ad vindictam facti ardentes z propicius
annellant quandoque quam legitimi quia de raro contin-
gentibus est z licet quandoque contingat non sequitur er
go de iure ad eum spectat omnis vindicta quia immo non
spectat ex quo paterno beneficio sunt indigni ut in fallen
tia iur. secundum naturam maxime autem quod conclusi
ad dictum spurium non pertineret potestas faciende pa-
cis z si natus fuisset ex muliere non habitante simul cum
dicto presbytero Ioāne tempore conceptionis sue sed in
alia forsan domo quia tunc iste diceretur vulgo quesitus
qui patrem suum demonstrare non posset de sta. homi. l.
vulgo concepta dicta auten. licet frustra igitur tunc que-
reretur an facere posset pacem ut filius cum patrem demō-
strare non possit. Et ita dico z consulo ego Angelus z c.
Adde quia Dy. in consilio. In christi nomine amen.
diligenter considerato z c. in fi. dicit hec verba. Item cō-
stat quod spurius nullam cognationem vel coniunctionē
habere videtur ex parte patris ut in auten. quibus modis
natura. efficiun. sui. §. fi. z. ff. unde cognati. l. si spurius.

cccc[i]ij.

Titius Ab ecclesia ravenate fuit in-
vestitus per se suisque filijs z
nepotibus in emphiteosim de quodam
fundo posito in romandiola prefactus ti-
tius sine liberis legitimis viam universe
carnis ingressus est z relinquit unam filiam legitimatam
ecclesia dictum fundum petijt per lineam finitam devolu
tum sive reductum predicta filia negat asserens se aucto-
ritate imperiali legitimam debere in hoc fundum succe-
dere de iure. queritur quid iuris.

Pro Exquirenda veritate thematis
suprascripti sunt principaliter vi
denda tria. Primum est an imperator
vel habens auctoritate ab eo possit legitima
re. Secundum est an posito quod possit le-
gitimare in terris ecclesie possit. Tertio an supposito
quod possit legitimare in terris ecclesie an talis legitima-
tio ad fundum huiusmodi porrigatur omissis duobus que
sunt precedentibus de quibus satis habetur per Io and.
in. c. per venerabilem qui fi. sint legitimi. Circa tertium du
bium dico quod talis legitimatio valet non tamen porri-
gitur ad istum fundum nisi huic legitimationi ecclesia cō-
sensisset qui cum de suo preiudicio ageretur vocanda erat
ecclesia eius consensus requiri debebat ff de adop. l. nam
ita divus fecit regula quod omnes de regu. iur imp. li. vi.
nam titius non habebat filios vel alios descendentes
legitimos unde per mortem eius iste fundus erat ad ec-
clesiam reversurus igitur in legitimatione huius filie ec-
clesia fuit vocanda C. de pace l. fi. z de emancipatio li-
be. l. nec avus. Non ob auten quibus mo. natura efficiū.
legi §. illud. C. de naturali. li. auten sive ubi videtur suf-
ficere patris consensus nec est necesse alios vocari quia
illud verum in successione illorum bonorum de quibus pa-
ter potest disponere pro libito voluntatis nam qua ratio-
ne pater naturalis potest extraneum instituere z consan-
guineos sua hereditate privare vel sua bona vendere z pe
cuniam in mari proiicere sic z per istum modum privare
agnatum bonis suis faciendo legitimari filium naturalem

⁊ ideo ipsi non sunt requirendi in ipsius legitimatione ut in iuribus contrariis secus est in casu nostro quia iste pater no poterat pro suo libito disponere de isto fūdo emphiteotico nam ipse non poterat eum alienare inter vivos si ne consensu ecclesie. C. de iure emphi. lege finali extra de loca. capitulo potuit. nec etiam ultima voluntate in extraneum cum non esset transitorius iste fundus nisi in filios ⁊ nepotes ut in auten. de non alie. aut permutan. re. ec. §. emphiteosi. Et ideo cum iste fundus propter defectum filiorum legitimorum ⁊ nepotum foret secundum formam investiture ad ecclesiam penitus reversurus ipsa ecclesia in tali legitimatione debuit omnino requiri qz illud quod est eccle. re sine spe potest sine facto ipsius eidem auferri. ff. de regu. iur. l. id quod nostrum. Et si requisita non fuit talis legitimatio sine ipsius preiudicio intelligitur facta ff. ne quid in loco publi. l. ij. § merito ⁊. §. si quis a principe. Et hoc confirmatur per talem rationem feudum non potest alienari sine licentia domini in. x. col. de prohibi. feu. alie. per Federi. c. imperialem. Et ideo in feudo non succedit filius naturalis legitimus per principem nisi dominus feudi huic legitimationi consenserit in decima columna de succes. feu. c. naturalis. debet enim dominus feudi cuius interest requiri per principem arg. de donatio. inter virum ⁊ uxorem. c. nuper de foro compe. ten. c. ex transmissa. Et hoc tenet Hostien. ⁊ Ioan. an. post eum in. c. per venerabilem qui fi. sint legi. ⁊ in. c. la lor eod. titu. quia non debet alteri per alterum iniqua afferri conditio. ff. de regu. iur. l. non debet. Concludo igitur qz ista filia legitimata per principem etiam presupposito quod princeps possit legitimare in terris ecclesie non potest succedere in isto fundo emphiteotico qui per mortem patris erat ad ecclesiam reversurus nisi in legitimatione huius filie consensus ecclesie intervenerit in aliis autem bonis alodialibus ipsius patris ⁊ in aliis fundis emphiteoticis qui essent transitorii ad extraneos ⁊ non essent ad dominos reversuri. Secus esset quia in his deberet succedere ut indicant iura ⁊ rationes superius allegate per doctores.

Consilium. cccciij.

Ormara Fuit inquisitio in hac forma hec est quedam inquisitio ⁊ cetera adversus ⁊ contra franciscum olim aloisij de sulmonia de regno apulie publicum ⁊ famosum latronem ⁊ derobatorem stratarum hominem male conditionis conversationis vite ⁊ fame in eo de eo ⁊ super eo ⁊ cetera inquisitus confessus fuit omnia ⁊ singula in inquisitione contenta vera fuisse ⁊ esse. Queritur an probatum sit dictum inquisitum esse publicum ⁊ famosum latronem ⁊ robatorem stratarum per confessionem ipsius inquisiti.

Super Predicto dubio dico quod quem esse publicum ⁊ famosum latronem ⁊ robatorem stratarum non est facti sed iuris. i. in iuris dispositione consistit licet illud ius ex facto trahat originem substantiam effectum ⁊ esse quoniam ille est publicus ⁊ famosus latro ⁊ illum lex diffinit publicum ⁊ famosum qui consuevit furtari ut. l. capitolium. § famosos. ff. de penis ⁊ ille est stratarum famosus aggressor qui similiter est solitus ⁊ consuetus in talibus aggressuris ut ibidez licet igitur quis confitendo se fecisse multas aggressuras stratarum ⁊ multa varia ⁊ diversa furta preiudicet sibi qz confitetur factum ut. ff. ad. l. acquiliam. l. inde neratius §. pe. ⁊ fi. ff. de custo. reorum. l. si quis confes. de questio. l. i. §. si quis ultro. C. de confes. l. prima ⁊. ff. de confes. l. prima tamen qui confitetur se famosum publicum latronem ⁊ stratarum aggressorem confitetur ius. i. iuris diffinitionem non factum licet ut dixi illud ius resultet ex facto confessio autem iuris non nocet neque prodest quia illud esse vel non esse hoc non probat quia confessio partis non alterat iuris censuram nec ius inducit aut inductum abolet ff. de auro ⁊ argento legato. l. ornamentorū ⁊ no. glo. C. de iuramento calum. l. ij. § quod observari in glo. magna ⁊. C. de confessis. l. unica in glo. magna ⁊ ibi per Cy. ⁊ no. ff. de confes. l. non fatetur. caveant igitur iudices maleficiorum ut ex hac simplici confessione neminem damnent ad furchas saltem nisi in accusatione vel inquisitione tot crimina sint deducta que si vera sint eum faciant publicum ⁊ famosum. Nam tunc bene nocet confessio quia in ea deducitur ius ⁊ factum ⁊ confitendo factum necessario resultat iuris dispositio cui iuris dispositioni confessio est conformis ⁊ ideo valida ⁊ sufficiens etiaz ad penam ultimi supplicij sed in inquisitione hac nō est deducta nisi unica aggressura ⁊ unica hominum captura ⁊ unica preda. Et omnia hec reputantur unum factum ex quo resultant plura crimina diversa ut no. C. unde vi. l. i. ⁊. ff. de priva. delic. l. nunquam plura. C. ad. l. iuliam de vi. l. quoniaz multa facinora. Constat autez ex unico facto quem non esse publicum ⁊ famosum latronem aut stratarum aggressorem nec hominem male conditionis ⁊ fame C. de episcopali audientia. l. ij. maxime autem hoc dico si verum est quod dicta confessio fuerit revocata aut non vera ⁊ probatum sit plene vel semiplene ipsum inquisitum esse hominem bone conditionis ⁊ fame quia si bone conditionis ⁊ fame secundum probata apparet ergo necessario sequitur quod non est publicus ⁊ famosus latrones ⁊ stratarum robator quoniam ad positionem unius contrariorum necessario sequitur alterius remotio. ff. de accusatio. l. qui accusare cum similibus. Et ita dico ⁊ consulo ego Angelus ⁊c. Idem consuluit Petrus de ancharano per ea que no. in simili in. c. cum causam de testib. quando enim ex facto resultat iuris effectus non sufficit deponere super illo iur. effectu nisi quis explicite narrat factum ex quo effectus ille resultat ponit ibi exemplum Innocen. in dominio super quo testis simpliciter asserens aliquem dominum non probat nisi de facto deponat a quo dominium causatur ita igitur in proposito quem esse publicum ⁊ famosum latronem ex iuris dispositione ⁊ diffinitione colligitur ut in. §. famosos ⁊ a facto causatur ⁊ oritur ⁊ ideo debet de hoc explicite constare ⁊ non rudem ⁊ simplicem confessionez habere pro explorato facinore si nulla probatio religionem cognoscentis instruat ut. l. i. §. divus severus. ff. de questio. Ego Angelus ⁊c.

Consilium. cccciiij.

Paulus Centolini ⁊ Bertholameus olim Iacobi fecerunt plenissimum compromissum in eoruz arbitros ⁊ arbitratores. Et voluerunt eoruz lites terminari hinc ⁊ infra. viij. dies proxime venturos. Compromissum quodam fuit factum die. ix. mensis Iulij hora tertiarum. Laudum autem fuit latum die. xvij eiusdem mensis hora vesperarum. Queritur an dictum laudum teneat vel non.

Hic Solum est videndum an computetur tempus de momento ad momentum quia tunc est clarum quod laudum est nullum quia finita erat arbitrandi potestas ff. de arbi. l. si cum dies in principio ⁊. § si intra diem eodem titulo. l. non distinguemus § compromisso. Si autem dicamus diem potestatis attribute seu cōpromissi facti in termino non computari non est dubium quod arbitramentum valet quia est latum. ī terminum. ⁊ pro hac parte quod dies compromissi non compromittetur in termino. viij dierum facit de exceptio. c. pia lib. vi. ubi terminus datus a lege ad probandum exceptionem excōmunicationis non computatur in termino. Similiter terminus datus ad probandum exceptionez spoliationis non computatur in termino ut in. c. frequens de restitu. spoliato. eodem lib. Sic dies in qua promittitur cautum ⁊ in qua in iudicio sistere oportet non computatur in termino. ff. si quis cautio. l. i. Sic ⁊ dies presentationis litterarum cum causa cōmittitur decidenda infra certum tempus quia dies presentationis non computatur extra de appellatio. c. super eo lo secundo. Pro hoc facit quia licet dies termini computetur tamen ultima dies in qua cadit terminus sicut fuit hic. xviij. dies tota videtur esse de termino ff. de actio. ⁊ obligatio. l. in omnibus temporalibus ⁊ de verbo. signi. l. anniculus lo secūdo ut dicimus in eo

etiam

etiam qui promittit chalendis uel in die chalendarum uel
ante chalendas. Nam non nisi finitis omnibus momen-
tis chalendarum promissor conueniri potest ff. de uerbo.
obliga. l. cum qui chalendis z. l. qui hoc anno z. l. qui an
te chalendas facit ff. de manumis. testamen. l. si ita relicta
fuerit libertas. §. i. z fi. in contrarium facit quod ubi lex de
tempore loquitur simpliciter z indefinite tempus compu
tatur de momento ad momentum si aliquid fieri oporteat
ex natura actus uel partium conuentione ut in auten. ho-
mine. C. de appel. z in corpore vnde sumitur z est casus
ff. de mino. l. iij. § minorem ibi an hora qua natus est z
ibi ut a momento in momentum tempus spectetur sit vi-
demus in prescriptione ff. de actio. z obliga. l. in omnib⁹
Et hoc tractamus de prescriptione contra potestatem ar
bitris attributam pro hoc specialiter adduco quod sicut
placuit contrahentibus qui uoluerunt numerari tempus de
momento ad momentum. Et hoc importat aduerbium qd
denotat semper extremitatem z coherentiam subiecti cui
adheret siue adhereat tempori ut hic est siue adhereat
cause siue loco siue occasionaliter ponatur ut patet ex cō
iunctione legum. ff. de conditio. z demonstratio. l. iij. in
fine de penu lega. t hinc queritur. in princip. extra de arbi.
c. cum tempore de lit. contesta c. i. de offi. ordi. c. dilectus
de arbi. c. exposita de rescriptis. c. relecta de testibus. c. cam
famoque el secundo z. c. in nostra in principio. z. c. ex teno-
re circa finem institu. qui. mo. ius pa po. sol. §. dictum est
autem hoc fortificatur ex monosilleba infra. Nam vo-
luerunt partes infra eosdem octo dies causam decidi z
z ipsum diem. xvij. non sufficere tetigisse. sed tamen de eo
transisse de momento ad momentum computando essent
octo dies complen. l. si ita fuerit libertas uer. sed si ita scri
ptum sit ff. de manumis. testamen. z. l. in usucapionibus
cum. l. sequen. ff. de vsucapio. Non obst. decre. frequēs
z. c. pia quia in eis specialiter est prouisum in cautioni-
bus iudicialibus tener in terminis qui dantur a iudice ad si
stendum in iudicio uel ad probanum uel ad aliquem alium
actum in iudicio faciendum uel totum diem termini in
quo quis sistere aut aliquid facere debet ex conuentione
uel precepto iudicis completum esse oporteat pro hoc. ff.
de ferijs. l. more romano z quod ibi nota. in glo. z hoc
ibi introduxit glosator ad contumaciam excludendam be
nigne agens cum partibus. Pro hoc adduco quod nota.
bar. in. l. si cui in fi. princi. de lega. primo ubi terminus da-
tus parti ad soluendum incipit in momento dictus consuma-
ri z terminatur in alio momento temporis reuoluti quo
terminus explicatur z perficitur z hoc post multa glos.
determinat z decidit in dicta. l. in omnibus de actio. z
obligatio. uel dic non sic accipi diem z cetera ita ergo in
casu proposito cum actus compromissi sit explicatus per-
fectus z consumatus in momento ab illo momento in-
cipit prescriptus cursus ut dicta. l. in usucapionibus cum
lege sequenti z terminantur. viij. dies in dicto die xvij.
in eodem puncto quo compromissum factum fuit non
autem sufficit dictum diem. xvij. inchoatum esse ut iam
dixi. Nec obst. quod dies ceptus habeatur pro comple
to. ff. de testamen. l. qua etate quia ibi agitur de fauore z
beneficio inchoando sine cuiusquā iniuria uel iactura sic
fauore rei publice in honoribus z muneribus subeundis
dies ceptus habetur pro completo. l. ad rem publicam de
muneri. z honori. Concludendo igitur ex premissis dico
dictos octo dies cursum incipere a puncto compromissi
facti z consumati z illos octo dies finiri z terminari in
dicto xvij die in eodem puncto seu momento ita quod fi
nitis singulis momentis octo dierum expirauit dictorum
arbitrorum potestas z per consequens laudum fuit nul-
lum z generaliter addo hanc doctrinam quod ubi de cursu
temporis inchoando z terminando queritur tempus in-
cipit a momento actus explicati in dicto § minorem z di
cta. l. in usucapionibus cum. l. sequenti de usucap. z dicta
l. in omnibus de actio. z obliga. z de aute. hodie finitur
autem cum reuolutione temporibus dies nouissimus ad
ad idem punctum proueniens ut dictis iuribus fallit ubi in
dispositione legali iudiciali ac conuentionali aliter actum
est expresse uel tacite ut quia per additionem alicuius di-
ctionis exclusiue ut a uel ab. C. de nup. l. a calunato z ibi
per cy. Et ita dico z consulo ego angelus z c.

Consilium. cccev.

N causa

Vertenti inter domi
nichum suo nomine z
tanquam heredem Evardi z Ludouici ex
parte vna conuentum z ser Joannem z
Nicholaum eius filium ex parte alia agen
tes z petentes reduci ad arbitrium boni viri quodam lau
dum latum inter ipsas partes per franciscaldinum z c. Que
reductio petita est ex capite doli. Et visis actis cause z di
cto laudo z compromisso ex quo emanauit premitto pri
mo quod inter acta non inuenio aliquas attestationes p
bantes uel non probantes fuisse litem uel questionem in
ter partes de libris. cc. quas arbiter laudauit ipsos agen-
tes dare debere domine maletesse non inueniatur inter par
tes litigatum nec in causa huius reductionis probatum qd
decies fuerit litigatum inter partes z dictus domin⁹ ma-
letesta non fuerit nec sit interclusus in compromisso di-
ctum laudum in dicta parte nullum est z nullum debet de
clarari per iudicem cause. l. non distinguemus. §. de offic.
de arbi. potestas enim arbitrorum trahitur a forma com-
promissi vltra quam arbiter uel facere potest ut ibi nota.
Nec ob. quod in compromisso fuerit apposita ista uer
ba quod quicquid laudatum fuerit intelligatur uenire in
compromisso ac si in eo expresse mentio facta esset z ac
si inter partes lis z controuersia uerteretur de his de qui
bus laudatum esset per que uerba partes uoluerunt litem
fingi etiam si non esset quod facere potuerunt in preiudi
cium earum quia concedo illud de plano si arbitrator in-
ter partes laudasset aliquid per vnam partem alteri dari
uel fieri debere non autem si tertio in compromisso nō no
minato ad dandum uel faciendum altera partium non cō
demnetur sic etiam intelligenda sunt uerba propter ratio
ne subiecte materie quantumcunque pregnantia ut illa apte
tur non autem ad extranea extendantur. ff. de petitio. he-
redita. l. item ueniunt. §. apranda locati. l. si vno. Cy. C. de
fide instrumen. l. in exercendis. Que autem aptitudo ca-
deret si idem arbitrator laudasset regi fancborum dictam
pecuniam esse dandam nempe nulla extra terminos. ergo
compromissi in hac parte dictus arbitrator laudauit omni
no. Super alijs autem partibus laudatis inter ipsas par-
tes non potest negari quin in compromisso ueniant virtu
te clausule supradicte. Sed est petita reductio dicti laudi ex
capite doli qui non presumitur in dubio sed per allegan-
tem debet probari ut. l. quotiens. §. qui dolo. ff. de proba-
tio. Et maxime cum allegatur contra arbitratorem Bar.
in. d. §. arbitrator Bal. in. l. si debitor §. recepisse. ff. de ar
bitris. Et hoc suadet ratio quia electus fuit ut vir bonus
z amicus cōmunis z tanquam uir bonus per partes est
approbatus in uiro autem bono cessat presumptio doli z
fraudis. ff. iudicatum solui. l. vir bonus de lega. ij. l. i. debet
absolui dominichus z debet pronunciari in alijs parti-
bus eque laudatum qui enim agit ex certa causa z ad cer
tam causam se astringit nisi illam probet succumbit ff. de
institu. l. habebat. C. de transactio. l. age. ff. de re iudica. l.
omnis z hoc plene disputat Joan. and. in additio. Spe-
cu. in titulo de actio. seu peti. § sequitur versic. hoc quoque
non est promittendum z in dubio alio non apparente ex
quo arbitrator habet potestatem laudandi in scriptis z si
ne scriptis quoad ea que laudat inter partes sign..um est
assertioni sue secundum Bar. qui hoc no. dicit in auten.
nisi breuiores. C. de senten. ex periculo reci. Et ita dico z
consulo ego Angelus z c.

Uper

Predictis omissis superfluis
non est dubitandum ut puto lau
dum ex quo inter extraneos questio decidi
tur aut inter extraneum z alterum compro
mittentium uelut extensum ad non inclusa
uel subiecta compromisso nullum fore ut l. non distingue
mus § de officio quinimo idem est si ualeat aliquid dari
uel fieri tertio ab altero ex compromittentibus cessante al
terius interesse nullo inter partes de hoc dubio uel lite
pendentibus ut est casus in. l. arbiter intra certum. ff. de ar
bi. communiter glo. sicut enim alteri nemo stipulari potest
ubi non interest sic de mente compromittentium esse cen
setur ut aliorum questiones sopiantur aut cōmoda alio-
rum respicere ipsorum cessante interesse quantumcunque
compromissi uerba latissima sint ad quod tex. z scripta Bar.
ff. de transactio. l. cum acquiliana z quod consulunt Dy.

in consilio quod incipit diligenter ꝛc. verum quod tertij debitum ꝛ hoc onus ex causa specificata in compromisso deductum surgens aut ab illa originē trahens alteri attribuatur in distributionibus partium laudi non extraneum arbitrorꝫ a compromisso quinimo inter partes in dubium reuocato ad quem postea compromittentium spectet debitum tertij ac onus secundo generali compromisso quod alteri eorum attribuatur omnino consonum reputo compromissum nec extraneum esse quod alteri partium tertij satisfactio iniungatur ꝛ cura ne aliquo modo alter molestetur si sua interest aut potest sua interesse pro hoc est casus ff. fami. herciscun. l. plane. Nunc autem videndū est si iste casus noster est ꝛ apparet quod sic. hic enim arbiter causam assignat in laudo quod hoc domino maleteste debitum originē trahit a causis de qua est specialiter cō promissum ut apparet in dicto compromisso trahit ergo originem ꝛ arbiter laudat promissionem fuisse factam domino maleteste. Et sic declarat ex causa specifice in compromisso deducta ergo hoc est de apendicijs compromissi maxime attenta clausula compromissi per quam ampliatur sibi compromissum ad dependentia nec decidituꝛ ex hoc questio tertij sed onus in societate iniunctum in distributionem partium societatis alteri attribuitur quod arbiter facere potest ut. d. l. plane. Non ob. uerba que sequuntur ibi uel alia de causa. q: illa uerba possunt intelligi uel alia causa consimili ꝛ tali ut precedens est. s. negocio cōnexa ad hoc ff. si quis cautio. l. sed ꝛ si quis. § quesitum ꝛ. l. fi. §. cum dulcia de u. si. oleoqꝫ legato extra de rescriptis. c. sedes de procurato. c. qui ad agendum libro. vi. ꝛ eodem titulo in clemen. non potest quod eo adiuuatur quia causa debet intelligi ut excludat ad instantiam arbitratus sicut iudicis pro eius enim arbitramento presumitur ꝛ eius instantia ut scribit Dy. in. c. sciente de regulis iuris libro. vi. ꝛ quodam suo consilio quod incipit tholomeus per Ioan andream in additione Specul in titulo de arbitris § sequitur versi. item quid sit compromissum quod verum est et pendente reductione ad arbitrium boni viri. Non ob attestatio arbitratoris in causa reductionis quia eius dicto standum non est cum unus solus sit sicut in iudice extra de testibus. c. cuꝫ a nobis ꝛ per Iacobum butriga in. l. ob carmen. § i. ꝛ. l. fi. ff. de testi. Ad hoc quod no. Innocen extra de arbi. c. ij. ꝛ Bart in § arbitrorum laudum enim refertur ad id de quo est questio inter partes non ad aliud argumentum. ff. de suspec. tuto. l. hoc enim ꝛ. ff. de exceptio. rei iudicate. l. si quis ad exhibendum ꝛ quod scribitur in. c. penul de regulis iuris. Quod plus partes egerunt in cōpromisso quod de omni eo quod inter eos iudicatuꝫ erit intelligatur lex quod agere possunt quia in actibus suis fingere possunt ut. l. si certum petatur. l. lecta de usuris. l. cum quedam de damno infecto. l. si finita. §. videamus ꝛ de verborum obligatio. l. huiusmodi adaptatur. ergo hec fictio ad omem casum possibilem questionis inter partes possibilis autem est inter partes questio ad queꝫ spectet onus debiti tertij ac cui distributionibus partium laudi hoc onus debeat assignari hoc ergo laudato quod altera partium soluat ꝛ exoneret alium aut curet ne molestia fiat ex debito ex hoc inter eos questio finget. Non obst. quod arbiter attestatur hoc debitum non spectasse ad alium cui assignatuꝫ est sed ad aliuꝫ quia, si male fecerit quomodocunqꝫ ꝛ aliter hoc constaret pro hoc non concluditur laudum nullum Iteꝫ non concluditur pro hoc iniquum quia cū compromissuꝫ generale foret ꝛ specialiter causa societatis satis generalis deducta nullus dolus verus attestari presumptus cō cluditur ad hoc dicta. l. plane fami. herciscun. Ex quibus concludo in ea parte in qua laudum est pronunciatuꝫ nullum in causa reductionis ꝛ nullitatis iniuste pronunciatum ꝛ legitime appellatum. Non obst quod allegatur instantia decursa quia partes prorogauerunt quod facere potuerunt expresso consensu ut in clemen. quamdiu de appella. Et ita dico ꝛ consulo ego Angelus de perusio legum doctor ꝛc.

Papie per Bernardinum ꝛ Ambrosium fratres de Rouellis Anno domini. M. cccc. xcix. die. x. Maij.

Finis.

Omnes sunt terni preter. i. qui est duernus.